VTRIUSQUE IURIS CONCORS DISCORDIA SIUE CANONUM CUM LEGIBUS...

Charles : de Mansfeld, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 P
10

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

28.3.23

28
C
24

28
C
15

13-14'H'15

Digitized by Google

Digitized by Google

VTRIVSQVE IVRIS CONCORS DISCORDIA

SIVE

CANONVM CVM LEGIBVS HACTENVS ALIIS PVGNANTIVM reconciliatio.

Authore

CAROLO A MANSFELT
Sereniſſimorum Belgicæ Principum ALBERTI *&* ISABELLÆ *è ſacris Oratorii, & ad D. Gudulæ apud Bruxellenſes Canonico.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBL. SOC. IESV COLL. ROM. IHS

LVXEMBVRGI,
Excudebat HVBERTVS REVLANDT

Anno M. DC. XIX.

Digitized by Google

CENSVRA.

COncors Diſcordia hæc compoſita à Nobili & Generoſo viro Domino à Mansfelt, Sereniſſimis Belgarum Principibus à ſacris Oratorij &c. quia graphice docteque Canones cum legibus diſcrepantes interpretetur & conciliet, multarumq; difficultatum ſecreta pandat, adeoq; Reipublicæ Canonicæ non parum profutura, meritò typis mandabitur. Actum Bruxellæ pridie Kalend. Decemb. M. DC. XVIII.

HENRICVS SMEYERS
S. Theol. Lic. Scholaſti: & Ciuis Bruxellen. Librorum Cenſor.

SERENISSIMO

ALBERTO

AVSTRIO

PHARAMVNDÆO, ALEmannico, Burgundico, Hiſpanico, Hungarico,

POTENTISSIMO
BELGARVM ET
MEO PRINCIPI
paucis his pagellis

REDDO

Peracti temporis & ſtudij Rationem:

DECLARO

Incorrupti in Auſtrium nomen animi mei ſynceritatem:

QVANTVM NON FALLVNT fallacia mentem verba, menti exprimendo nunquam plene ſeruitura

Hanc declaro, Illam reddo

CAROLVS A MANSFELT.

A 2 SE-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS

HAVD ſcio an Clericali Statui quidquam vel vtilius, vel accommodatius, vel neceſſariũ ſit magis ipſa Iuris Canonici ſcientia, quam tum demum adeptos nos eſſe putandum eſt, cùm Antiquorum Regulas & decreta Patrum tùm nouerimus, tùm iuxta ea mores actuſque noſtros compoſuerimus: & quidem ad eorum notitiam plurimum referre videtur qua quis ea methodo vel ab aliquo accipiat, vel ipſe priuata induſtria inquirat, immenſum Conciliorum corpus, infinita ſummorum Pontificum, aliorumq́ue ſanctorum Antiſtitum decreta peruoluere quis vel non horreat, vel etiam impoſſibile putet? tum cui id non contigerit, ſi aggreſſus id fuerit quod tradit Iuſtineanus in Inſtitutionum ſuarum præfatione, *vt aut deſertor ſtudiorum fiat, aut cum*

magno

magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia ſerius ad id perducatur, ad quod leuiore via ductus ſine magno labore, & ſine diffidentia maturius perduci potuiſſet? Hac via pœne omnia, præcipua certe & magis neceſſaria Antiquorum placita ac ſtatuta nuper nobis vt in ſpeculo quodam Oecumenica Trid. Synodus expreſſa repræſentauit, etſi nonnihil per totum corpus decretorum ſuorum diſperſa, quæ more maiorum in vnum collecta, & certo quodam ordine digeſta ob oculos poſuit Stephanus Quaranta I. C. Italus. Hoc quidem vt verum eſſe fatear, infitias ire haud poſſum, ad integram Iuris Eccleſiaſtici, perfectamq; doctrinam plurimum habere momēti, ſciatur an ignoretur ciuilis Prudentia, ex qua quanta & quam præclara deprompſit Regula Eccleſiæ? quam forſan ſine illa mutilam dixerit non iniuria quiſpiam, ſicut illam ſine hac vel omninò nullam, vel ſæpè prauam, hoc certè omni procul dubio eſt, coniunctionem inter ſe habere, fœduſque inſeparabile, vt is culpandus veniat merito, qui primus hæc à ſe

ſeparauit inſeparabilia Iura, intollerandusque qui ſtatuit contraria, à quo ſi Vulgi ſtandum eſſet Iudicio puderet diſſentire, ita ab omnibus receptum eſt, inter Ius ciuile pugnas eſſe & Canonicum: verum melius eſt quærere, quid optime dictum ſit, non quid vſitatiſſimum & docentium vulgo veritatis plerumque peſſimo interpreti probatum; ſanitatis principium eſt à cœtu ſeparari, deſperatæ non paruum indicium pythagoreum ἔφα, à quo ſicut animus ſemper meus abhorruit, ita ab illo in firmum produci ſemper expetiuit; Vnde propoſitum eſt, quia vtrumque Ius inter ſe pugnare non puto, hanc à Iuris conditoribus, quantum in me eſt, calumniam propulſare.

*

SE-

SECTIO I.

HAC IMPERII IVRISQVE ex eo dimanantis naturam quæro.

FActurus igitur eius rei operam neceſſarium mihi videtur ipſius Iuris originem atque proceſſum demonſtrare, non quia velim verboſos commentarios facere, ſed quod in omnibus rebus animaduerto id perfectum eſſe quod ex omnibus ſuis partibus conſtat, & certe cuiuſque rei potiſſima pars principium eſt, cui præmittenda nonnulla de Imperio, ſiue poteſtate, tum Eccleſiæ, tum Ciuili, quid enim Ius abſque Conditore? quid vero Conditor abſque poteſtate? ſed nimirum abſque ea poteſtate, quam à Deo humanum poſſidet genus, nam de diuina poteſtate, & per quandam conſequentiam de Iure ab ea condito hic nihil attinet diſſerere, alijs id in præſentiarum relinquimus.

*

CAPVT II.

IMPERIVM EST DEI DOnum & Naturale inuentum.

DICIMVS autem Imperium id quo ſtabiliunt & firmant inuiolabiliter quidquid promulgant Legislatores, donum certè Dei, Naturæ neceſſitate, Gentiumque vſu receptum & vſurpatum; hoc qui negat, vix eſt vt homo credatur, cùm ſine eo ſocietas humana nequeat eſſe, fecit n. Natura ſociales homines, ita quidem, vt non facilè cœcutiens videas, hominum aliquos ab ea ad imperandum inſtitutos, ſubditos alios præcipientique parentes, nam vt rectè Ariſtoteles libr. Polit. 2. quæcunque ex pluribus conſtant, & quid commune fiunt, ſiue ex continuis, ſiue ex diſcretis in omnibus apparet, & quod imperat, & quod paret: Certum eſt conſtare hominem ex anima & corpore, animæ verò ineſſe rationem, proinde ſicut anima corpori, ita ipſius animæ

Ra-

Digitized by Google

Ratio cæteris eius partibus; quas habent & beſtiæ, Naturæ lege, & ordine præponitur, *Propterea*, inquit Tertullian. ad Marty cap. 4. *prædixit ſpiritum promptum eſſe, vt oſtenderet, quid cui debeat eſſe ſubiectum, ſcilicet vt caro ſeruiat ſpiritui, infirmior fortiori, vt ab eo etiam ipſa fortitudinem aſſumat*, hunc qui perturbat ordinem, contra legem Dei facit æternam, contra legem Naturæ facit immobilem, præuaricator Legis effectus, Naturæque rationalis corruptioni deputatus; & vero microcoſmos homo, quod igitur in homine, in tota reperire humana ſocietate neceſſe eſt, ſi eſt autem natura alius imperans, alius obſequij debito ſubnixus, eſſe quoque poteſtatem quandam ſecundum quam imperetur fatendum eſſe, neceſſaria conuincit rei ſequela, ſed nimirum ſic dicimus natura alium eſſe imperantem, ſubiectum alium, vt tamen nullum ex ſe prę cæteris ad hunc ſtatum poſitum eſſe dicamus, nam quod ait Ariſtoteles libr. 3. Politic. plus Iuris habere in ciuitate, atque adeo præeſſe, qui rei-

reipubl. plus confert, (qualem virtutibus ad agendum dicimus promptum agilemq́ue virum,) argumentum eſt non tam efficax, vt natura ſua talem aliquem eſſe fateamur Imperatorem, niſi forſan Stoicorum & imaginarium, quis enim hoc ipſo, quod ortus communium hominum, tam perfectus, vt omni eum ex parte credamus virum, ab ipſis virtutibus, terra velut dehiſcente abſorptum? à virtute enim vir dicitur quiſquis nomen meretur viri, non ab ætate præciſe longæua; fateor, habet quiſque in ſe virtutum ſemina, habet perfectionis humanæ infantis quodammodo incunabula, an ideo ſubſiſtens iam credemus habere virtutum robur? cui tamen ſolummodo deferendum tradidit Imperium Ariſtoteles, nec immerito; tales enim ſoli Rempubl. conſeruant, augent, immo & efficiunt, vt recte Magiſtratus dicantur, Magiſtratus enim nomen à magiſtris vult dictum Paulus l. 57. ff. de

verb.

verb. ſignif. ego (audeamus etiam aliquid Stoicorum exemplùm imitati) Magiſtros ſic puto dictos quaſi deceat Magis iſtos quam cæteros præcipua cura, communibus incumbere rebus, vt eæ ſartæ tectæ perdurent, hos enim pro Iure ſuo Natura vult præeſſe, Ratio vero Gentium omnium propria & communis ſuadet, perſuaſitque, cùm nulla ſit tam barbara, tamque fera Natio quæ imperium non agnoſcat vel Vnius, vel Plurium, quomodo enim diuinum hoc erga ſe homines beneficium reſpuerent? *à Deo enim eſt poteſtas ordinata* Sapien. 6. & Prouer. 8. *Ille enim regna diſpenſat cuius eſt orbis qui regnatur, & homo ipſe qui regnat, ille vices dominantium ipſis temporibus in ſæculo ordinauit, qui ante tempus fuit, & ſæculum corpus temporum fecit, ille ciuitates extollit aut deprimit, ſub quo fuit aliquando ſine ciuitatib. genus humanũ:* Tertull. in apol. adu. gent. capit. 26. *Inde eſt Imperator inde poteſtas illi vnde & ſpiritus:* idem ibidem cap. 36. nam neque Naturæ inſtinctus fuiſſet aliquid, neque gentium conſenſus, niſi & ipſe Natu-

Naturæ conditor Deus vitæ neciſque poteſtatem contuliſſet, quam nemo niſi Deus imperantibus conferre poterat: languidum & emortuum planè eſt Imperium, ſi effrę natum inſana rebellione ciuem quouis modo nequeas punire.

CAPVT III.

QVID SIT IMPERIVM.

HÆC Imperij origo, cuius vis & amplitudo non minus cognitu facilis eſt, ſi finem eius plenè mens noſtra habeat, quietemque contempletur, & populi ſubiecti quam optimum ſtatum; hoc intendit imperans, & ad hoc datum conceſſumue imperium; Arbitriũ igitur eſt Imperium, & poteſtas quædam diſponendi & dirigendi actus bonaque ſubditorum ad finem ſuum conſequendum, qui eſt Naturæ conuenienter viuere, omnis enim ſocietas inquit Ariſtoteles libr. 1. Polit. exiſtit vt benè viuatur, Natura autem hoc intendit vel maximè, vt id omne conſeruetur integrum, quod ipſa vel

ſuis

Digitized by Google

ſuis in terminis conſtituta, vel poſtliminij gratuito vſura iure, ad ſui tum naturalem, tum ſuperexcreſcentem requirit perfectionem, quam, conſiderantes ortum & originem noſtram, in conformitate dicimus conſiſtere cum ſua cauſa iuxta illud Geneſ. 1. *Faciamus nobis hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram* : conuenienter igitur Naturæ viuitur Rationali , cum Deo facti, Deo actionibus noſtris conformamur: hoc ergo imperantis munus, & in quo totum ponendum quidquid Imperij ſignat nomen, vt eo velut in ſpecula inſpectore omnium actionum conſtituto & vero moderatore, rebus ſuis ſubditi, ac libertate ſibi innata ita vtantur, vt ſemper ſint ac maneant conformes cauſæ ſuæ, hoc eſt, prudenter iuſti, fortes temperanter: fit autem directio, ea ſubditis proponendo & iubendo quæ virtutibus viam ſternunt , & ea amouendo & prohibendo quæ inique ad fœlicitatem homines morarentur currentes.

CAPVT IV.

IMPERII DIVISIO IN Ecclesiaſticum & Politicum.

HÆc directio cùm hanc conformitatem rationalis Naturæ velut finem ſuum reſpiciat, ad eius multiplicationem ipſa quoq; multiplicabitur, duplex igitur ipſa erit, duplex n. cõformitas, alia enim qua Deo cõformamur vt vltimo nobis Termino, cui gratia eius in æternum incubabimus, alia qua Deo vt Beatitati noſtræ viribus noſtris acquirendæ vnimur poſſidentes & poſſeſſi, cuius quidem perfecta poſſeſſio cognitio eſt Dei mundum creantis, creaturas mirabili & ſtupendo fouentis & conſeruantis modo, vnde verus in eum exurgit amor, fœlix enim ille cui contigit hæc Amoris certa & infallibilis progenetrix cognitio, & in Natura bene perfectus, non tamen perfectiſſimus, tendit enim vlterius gratia Dei adiutus homo;

homo; vt recte dixeris, quem beatum fecit naturalis finis acquiſitio eius ipſam quietam poſſeſſionem ad vlteriorem perfectionem perducere, neque enim ibi ſiſtit inſculpta à Deo Auiditas hominum, ſe quantum fieri poteſt, Æterno illi bono aſſimilandi, vt nunquam quieta ſit Natura noſtra niſi eo tandem pertingat, vt Dei habeat perfectam poſſeſſionem, eumq; videat non per ſpeculum in ænigmate, ſed vt in ſe eſt, quod nobis vt eueniat, conformes eſſe oportet eius voluntati, tales vt ſimus, intrinſecus gratiæ ſuæ per Chriſtum Dominum theſauros elargitur quotidie Deus, forinſecus imperia dedit, & quidem plura Politicum inquam & Eccleſiaſticum.

*

CAPVT V.

IMPERIVM ECCLESIASTIcum eſt à ſolo Deo.

QVÆ eius ſunt conditionis vt Politicum velut ſuum vendicet etiam Natura Gentiumq; vſus, Eccleſiaſticum verò non niſi ſit à Deo, namq; etſi id certiſſimum ſit ipſo Naturæ inſtinctu moueri nos vt Deum colamus, perſpicientes pulcherrimam hanc Mundi machinam, ac proinde Creatoris vim ac poteſtatem magnificantes, quo fortaſſis modo *Enoch incæpit inuocare nomen Domini* Gen. 6. etſi inquam id certiſſimum ſit, tamen vt id certo & conuenienti & non mutabili, ſed permanenti modo fieret, inſufficiens hoc quidem Naturæ lumen, ſed neceſſe erat ipſum Deum hunc ſibi præſtandum cultum præſcribere & prædefinire, & prædefinito, *quia ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia* Gen. 8. pręponere aliquem qui errantes à via reduceret, dubitantes vera conſuleret, ac cum poteſtate doce-

doceret, neq; enim fuerit tam mente carens quiſpiam qui pulcherrimam optimiſque remp. condat decoram legibus, nullos tamen velit in ea eſſe magiſtratus, quomodo enim ciuitatem continebit? quod ſi magiſtratus ponat, quomodo eos omni poteſtate deſtituet? & ſi poteſtatem conferat, quomodo non conuenientem fini & inſtituto ſuo? quid ſi igitur huius reip. finis ſupernaturalis, & cuicunq; creatæ naturæ per ſe quidem omnino indebitus? ſupernaturalem profecto ab eo datum iri poteſtatem certum eſt omnium ſententia. quid ergo? Deus reip. ſuę conditor finem ſeipſum conſtituit, ad quem, vt in ſe eſt, fruendum omnes eius reip. ciues tenderemus, huic reip. impoſuit magiſtratus qui ad eum finem nos dirigerent, dato eis ad hoc imperio & poteſtate quæ vel ea ſola ratione ſupernaturalis eſt, & à ſolo Deo, quia eius obiectum eſt ſupernaturale.

CAPVT VI.

IMPERIVM ECCLESIASTI-cum ſuperintendit Poli-tico.

ID ratio Imperij & finis omnino cõuincit, tamen cùm Chriſtus Dominus, qui eſt Rex & ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, Petro & ab eo dependens omnibus Eccleſiæ præſulibus & paſtoribus vt regni ſui Vicarijs hoc imperium ſiue regale Sacerdotium tradidiſſet, nihil mundi regibus abſtulit, ſubeſſe tamen & dependere voluit. An hanc ſubiectionem reijcient, qui olim dum in Gentilitatis tenebris deliteſcerent, ſuos vt vitę ſuę regniq; directores ſuſpiciebant Sacerdotes? Cœlum igitur debellent, cœlũ captiuum triumpho ſuo inuehãt, cœlo mittant excubias, cœlo vectigalia imponant: Sciant potius quis illis dederit Imperium, Deum venerẽtur, in cuius ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi, ante omnes & ſuper omnes homines, recogitent quo-

quouſq; Imperij ſui vires valeant: Aut ſumme fallor, cum ſubiectos ſe DEI Chriſtiq; eius imperio agnoſcant Vicarijs Sacerdotis imperantibusq; operis ſubiectos ſe gloriabũtur. Sacerdos Dei & Chriſti Vicarius, Imperator Dei & Chriſti delegatus, à quo grande hoc nomen hominibus traditur: Neſcimus delegati Principalis à delegante perſonam diuerſam, cap. 27. §. *porro* extra de off. & poteſt. Iud. deleg. Vicarij vero eſſe eandem? ca. 3. de appel. in 6. Vicariorum propriam nullã eſſe Iuriſdictionem, propriam eſſe delegatorum? l. vn. C. qui pro ſua Iuriſd. dãt enim Iudices l. 5. C. de Iudicijs, dãdi autẽ Iudicis poteſtas iuriſdictio eſt l. 4. ff. de Iuriſd. Scio quidem fuiſſe præfecto prætorio Vicarios olim qui non ita vices fungebãtur alienas, quin & ipſi propriam haberent à Principe datam iuriſdictionem, cùm ſacræ cognitionis haberent poteſtatem, iudicationiſq; principalis ſolerent repræſentare reuerentiam, hoc verũ fateor,

non igitur Vicarij in hoc potius delegati iudicandi, nulla igitur vt ait Cuiacius bene C. de officio Vic. proprie eſt Vicariorum Iuriſdictio, quæ eſt, ſua non eſt, ſupremi Iudicis eſt, quem neceſſe eſt refutet qui Vicarium refutat eius: ſic regnandi præſes ſit ante omnes, ſic à Deo ſecundus, ſic poſt Deũ primus, ſic regale Chriſti Dei Sacerdotium praeſſe fateatur etiam in Vicario; etſi enim Sacerdotij noſtri munus id ſit, vt ſacrificijs & oblationibus præſit, vt peccata à Deo exoret, incolumitatem populi impetret, quia tamen repræſentandi ius habet, viceſq; Chriſti, dirigat inſuper regiam opus eſt poteſtatem, Chriſto enim, vti ipſe teſtatum nobis reliquit Matth. vlt. data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, de qua D. Ambroſius in Lucæ ca. 3. *Fuit vere*, inquit, *Chriſtus & ſecundum carnem regalis & Sacerdotalis familiæ, Rex ex Regibus, Sacerdos ex Sacerdotibus, licet oraculum non de carnalibus, ſed de cœleſtibus exprimatur, quoniam & rex in Dei virtute lætatur cui iudicium à Patre rege defertur, & Sacerdos eſt in æternum*

ternum ſecundum quod ſcriptum eſt, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech. D. Thomas in ca. vlt. Matth. eum locum ſic intelligere videtur vt ly *poteſtas* idem ſit quod honor quidam præſidentiæ actualis de qua eſt Dani. 7. *Iudicium ſedebit vt auferatur potentia & conteratur, & diſpereat vſq; in finem, regnum autem & poteſtas, & magnitudo regni detur populo ſanctorum Altiſſimi cuius regnum ſempiternum eſt, & omnes reges ſeruient & obedient.* De præcurſore quodam Chriſti Domini ait Deus: *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes & ædifices & plantes* Hier. 1. Sic Iudicium Chriſti ſpirituale eſt, ſic actualis hæc præſidẽtia ſpiritualis eſt, cui ſubſunt omnes qui ſubter cœlum ſunt populi, Reges & Iudices, in terra & in cœlo, modis tamen diuerſis vt nimirum qui Chriſto Domino nolentes ad ingloriam ſuam hic ſubeſſe neglexerunt, in pœnam ſubſint inuiti, & hic & in cœlo, in hoc inquam mundo, & in altero dum venerit iudicare viuos & mortuos, vt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

minimus dicatur in regno cœlorum, hoc eſt iuxta D. Chryſ. in extremi Iudicij die; qui vero & audierunt, & crediderunt, credentes vero capita ſua magno Domino adorantes humiliarunt, volentes gaudeant in futuro cõſortes facti imaginis Dei in æternum, ſecundum hæc à Patre dictum, filio dictum Ieſu Chriſto Domino noſtro: *Poſtula à me & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos* pſal. 2. ſecundum hãc autem poteſtatem ſuam Chriſtus Petro eiuſque legitimis ſucceſſoribus *Paſce*, inquit, *Oues meas*, Ioan. vlt. &, *Tibi dabo claues regni cœlorum*: hinc Vicarius Chriſti effectus Petrus, hinc Petro Chriſti collatum Imperium. an vero totum? non vtique, dicit enim Chriſtus Dominus tantum, *Paſce oues meas*, quæ ſunt oues Domini? eas ipſe nobis reddit manifeſtas Ioannis 10. *ſed vos non creditis, quia non eſtis de ouibus meis*, ergo eæ Oues ſunt quæ credunt, credulis igitur præfectus Petrus, non incredulis: nam vt ait

ait S. Paulus 1. ad Corinth. 5. *Quid enim mihi de iis qui foris ſunt iudicare?* ſed vide quæ ſubdit, *nam eos qui foris ſunt Deus iudicabit*: Proſequere, *nonne de ijs qui intus ſunt vos iudicatis?* Ex quibus mirum eſt, ſi deduci non poſſit poteſtati Eccleſiaſticæ ſubeſſe res actioneſq; omnes omnium fideliũ non ſimpliciter quidẽ, ſed prout conducunt vel ad obtinendum id propter quod fideles facti ſumus, vel certe ad repellendum quidquid fidelium Eccleſiam diſturbat, & Deo ſummo vltimoq; abducit Bono, vel etiam tantũ, grauiter tamen & notabiliter, remoratur: ſic apud Hebræos pœnes Sacerdotem ſummum ſumma fuit rerũ, qui ſuo arbitrio magnũ Sanhedrin de Lege Rege Propheta ſeptuaginta duorũ ſeniorum iam olim à Moyſe inſtitutũ Iudicium moderabatur: ſic apud Gentiles communi ac naturali conſenſu cuncta Sacerdotum arbitrio regebantur, vt de Ætiopibus teſtatur Strabo lib. 17. de Ægyptijs Ælianus lib. 4. de Perſis, eorumque Magis Euſebius in chronico, de Athenienſibus Ioſephus

lib. 14. antiq. de Gallis & Druidis Cæſar li. 6. de bello gall. horum vſus vt faciamus miſſos & mores, Romanorum contenti erimus, à quib. omnes in Religione ſuperatos affirmat Cicero orat. de Aruſp. reſp. *Quam volumus*, inquit, *licet P. C. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanas nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos nec deniq; hoc ipſo huius gentis ac terræ domeſtico natiuoq; ſenſu Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate ac religione, atque hac vna ſapientia quod Deorum immortalium numine omnia regi gubernariq; perſpeximus omnes gentes, nationeſq; ſuperamus*, nimirum, hoc eſt, quod ait I.C. l. *etſi quis* ff. de relig. *ſummam rationem eſſe quæ pro religione faceret*, quid quæſo apud illos pręter Pōtifices? omniū, inquit Pomponius, Iuris partiū & interpretandi ſcientiā & actiones, apud Collegium Pontificum fuiſſe, ex quibus conſtituebatur quis quoquo anno præeſſet priuatis l. 2. ff. de Orig. Iur. hoc Ethnici, demum Chriſtiani Epiſcopis in concilium adhibitis defenſores ciuitatum, ſitonas, tutores, curatores minorum aut furioſorum inſtituebant, apud Epiſcopos querelam non

nu-

numeratæ pecuniæ vel dotis abſente Magiſtratu, & quamlibet aliam præſcriptionum interruptionem vel conteſtationem faciebant, Epiſcoporum curæ Cuſtodias, meritorias puellas lenonum iniuria captas & oppreſſas, item infantes aliorum miſericordiæ abſq; miſericordia expoſitos, pauperesq; & captiuos delegabant, ad Epiſcopos operum publicorum inſpectionem pertinere rationumq; ciuilium, tum etiam ne alij quam Chriſtiani reciperētur aduocati, ne alij milites, volebant. Hæc continet omnia de epiſc. aud. Codex, quę ſunt eiuſmodi vt non nimium pertinaci facile perſuadeant eſſe cur non iniuria Sacerdotium ſe ijs immiſceat dirigatq; quæ alioquin ciuilia mere videntur, nec quidquā ius Sacerdotij & poteſtatē contingerent, niſi & ipſum Regale ſpirituale tamen eſſet, idq; eſt quod intendūt nec quidquam aliud ſummi Pontifices tum alibi ſæpe, tum in c. 13. extra de Iudicijs & in extrauu. *Vnam ſanctam* de Maiorit. *c. ſi fratrum* Ne ſede vacante.

CA-

CAPVT VII.

IVRIS NOTIO EST MVLtiplex.

VT eſt apud Paul. l. pen. ff. de Iuſt. & Iu. tribus modis cōmodiſſime vſurpare mihi videor, vt Ius quidem ſit eius quam Natura inſitam habemus Iuſtitiæ obiectum Res inquam iuſta, Iuſtum ipſum, Ius ſit illius ipſius Iuſti actio, Iniuſti correctio, Ius ſit quod quaſi à præcedētibus fluit, quod Philoſophorum princeps Ariſtoteles lib. Eth. 5. Iuſtum vocat, quod eſt legitimum, quod eſt æquum, inter quæ is ordo videtur, vt primum naturam cōtineat cuiuſque rei, iuſtum autem dicatur vereque iuſtum quod *Iuxta* ſit, menſuratumque æternæ diuinæque rerum rationalium Menſuræ, alterum Conciliatio ſit Naturæ quædam & virtus factiua eius quod certo naturæ ſtatui competit, hoc ipſum quandoq; forinſecus exprimens iubendo, vetando permittendo; poſtremum vero illud ipſum ſit quod expreſſit prius ac

ſuo

Digitized by Google

ſuo modo ſtatuit, vnde huic priora, ſecundo primum, primo ipſa rationalis animalis Natura ſupponitur.

CAPVT VIII.

VNDE ET QVID SIT IVS.

QVorum quid ſit Ius, omne certe eſt ab Æterna lege, cũ ſit D. Aug. teſte l. 1. de lib. arb. c. 6. nihil in naturę, nihil in temporalibus Ius dicentium legibus iuſtum aut legitimum, quod non ex hac Æterna ſit deriuatum; hęc eſt Dei Ratio & Voluntas ordinem naturalem conſeruari Iubens, perturbari vetans, idem lib. 22. contra Fauſtum cap. 27. qua iuſtum eſt vt alibi idem ſanctus, vt omnia ſint ordinatiſſima, hoc eſt, vt ſub mentis dominatu ſit, quidquid infra mentem, mentis ſubiectione excellat, quidquid ſupra mentem excellentia infinita conſtituit Naturæ; huius notione legis diuinitus nobis impreſſa iuſte viuendum eſſe deteriora melioribus ſubdenda, paria paribus comparanda, à corruptione auertendum animum, ad incor-

Digitized by Google

corruptionem conuertendum eſſe ſcimus; huius ſuauiſſimo Notionis impulſu omnia incommoda & damna rerum nõ in noſtra poteſtate cõſtitutarũ contemnenda, ab ijs quæ appetũtur turpiter, & noſtros & ſubditorũ appetitus cohibendos, nemini facta iniuria propria ſuis quibuſq; tribuenda & *homines* ſentimus & *Imperantes* iubemus: Eſt aliquid præter hæc quod vel requirat Natura, vel ſtatuat ciuilis Societatis neceſſitas? & ſi quid eſt, alijs continetur Regulis? ad has non examinetur? Quæ cum ita ſint, erit Ius, cuius veſtigamus vim, quod autẽ Lex æterna ſui notione per intimantem Intellectus practici tum naturalem tum ciuilem autoritatem exprimit Bono Naturæ conforme ſuoque modo debitum, Notio enim Animæ facultas eſt & habilitas quædam naturalis qua apti ſumus ad res iuſtas agendas, quaque agimus conſtanter & volumus Iuſta, per hanc enim iudicium quodcumque naturalis poſſidemus Iuſtitiæ atq; ciuilis.

Ca-

Capvt IX.

IVS ALIVD NATVRALE aliud Ciuile.

HIs conſequens eſt vt Ius in plura genera diuidendum cenſeamus, nam cum alia atque alia Naturæ noſtræ debeantur, ſtatum enim mutat ſæpe, ſtatu mutante & Iuris mutamus nomen & terminos, hinc Ius naturale, hinc ciuile, & hæc duo ſumma genera: quidquid Naturę conuenit, quia eximia eſt quædam creatura Dei quæ ſit, & viuat, & intelligat, Ius naturale dico, Ciuile vero omne Naturæ congruum, quia diſperſi per agros homines, & in tectis ſpeluncis ſylueſtribuſque abditi, quodam diuinitus compellente inſtinctu & in vnum locum congregante, ſocietatem & vitæ & orationis inierunt: Ius Ciuile eſt quod Lex, quod plebiscitum, quod Senatus conſultum, quod ſanxit principalis conſtitutio, quæ vice nunc eſt omniũ; Ius naturale eſt quod nos Natura docuit quia *Eſt*, hinc Maris & fœminæ con-

coniunctio ſobolisque educatio; quia *Viuit*, hinc contractus pœne omnes tam nomine donati proprio, quam ſenſu potius ſolo percepti, vſuque retenti; quia *Intelligit*, hinc Dei honor, Dei cultus. Vtique dices hæc Iuris gentium ſunt: Sunt & non alia ratione quam quia Ratio Mensque Rationis excellentiſſima humanæ Naturæ pars omnes gentes docuit, quod Intelligerent vt eo vterentur l. *omnes* ff. de Iuſt. & Iure; quod Viuerent, vt id ex regulis ſibi inſitis deducerent, deducta ſeruarent l. 4. & 5. ff. eod. hinc alij Ius naturale ſecundarium vocitant, nos autore D. Thoma lib. Eth. 5. ſect. 12. Concluſionem ex principijs ſeu præceptis Naturæ deductam, Ius vero ciuile principij alicuius naturalis generalis ad certum modum arbitrarium determinationem, in hoc enim Iure vtilitatem potiſſimum inſpicimus, quæ plurimum pendet ex Regnantium arbitrio. Horum Iurium is eſt ordo inter ſe, vt quidquid Naut-

rale-

Digitized by Google

rale gentium habet, amplectatur Ius ciuile, quod vt exemplis declarem, præmitto eſſe quædam Iura quæ denominationem ſumunt à Natura Viuente, modum à Rationali & Intelligente, alia quæ & denominationem & modum à Rationali petunt, ſunt alia quæ denominationem quidem à Rationali modum tamen ab Arbitrio trahunt humano, nunc ad rem. Ecce coniunctio maris & fœminæ à denominante *quæ eſt*, tum ſenſibili & animali Natura Naturale dicitur, huius modum coniunctionis quendam generalem ſi reſpicias ius dices eſſe gentium, id enim apud omnes peræque gentes inuenitur (modo in feras malis moribus conuerſæ non ſint) vt vaga coniunctio abominabilis habeatur, viderint igitur miſeri iſti qui ſordes ſuas, & impudicam lubricitatem Naturæ inclinatione defendere volunt impudice vel excuſare impudenter: ſi eiuſdem coniunctionis ritus peculiares modoſque conſideraris non

iam

Digitized by Google

iam Naturale-gentium dices; ſed ciuile dat enim modum Ciuile, vnde Matrimonium appellamus ciuili nomine Inſtit. de Iure, Nat. & ibi Cuiacius, vt ſic verum ſit Ius ciuile à Naturali recedere, nec ei per omnia ſeruire l.6.ff.de Iuſt.& Iu.nec tamen inde minus verum, immo ſimpliciter verum eſt coniunctionem maris & fœminæ eſſe Iuris Naturalis l.2.ff.de Iuſt.& Iu. à Natura enim habet ſuum principiũ, à Natura inquam quæ eſt Rationalis, belluis enim etſi res quæ eſt Iuris, ſit in peculio quodammodo Inſtit. de Iu. nat. Ius tamen illis nullum eſt, cum ad ſtruendam Iuris, pulchritudine naturæ ſuæ, excellentiſſimam effigiem, quouis modo concurrat, vel concurrere poſſit vel debeat Ratio quæ hominibus ineſt, belluis non ineſt.

*

S E-

Digitized by Google

SECTIO II.

HAC VTRVMQVE IVS CIVILE & Canonicum in concordiam reducere intendo.

CAPVT I.

FALSO A QVIBVSDAM PONUNTUR inter Iura antynomia.

NAM quidquid Canonum Ius cuſtodiendum tradit vel dogma fidei eſt, vel tale, vt eius contrariũ peccati ſecum inuoluat labẽ, vel tale demum vt perinde ſit hoc vel illud ſtatuas, hoc vel illud obſerues ſi ſtatutum vnum non eſſet: Equidem credo legũ conditores ſi legitimi ſunt & Chriſtiani fidei repugnans nihil pro lege habituros eſſe l. 16. C. de ſumma Trinitat. nec vero quidquam quod vitas hominum conſtringat ſi ſine peccato obſeruari nequeat, quia vel naturalẽ pudorem ſuggillat, vel fidem labefactat ſocietatis humanę, vel illum ipſum lędat qui ad id quod Honeſtas, vel Vtilitas humani generis réquirit clauſos

concupiſcentiæ tumore oculos aperire non vult, huiuſmodi eſt (intende Naturæ finem homo) vagus concubitus, immo certus ſimplexq́; concubinatus, apagete ergo concubinarum ciuilia prorſus inciuilia Iura, huiuſmodi eſt etiam vt bene notat Contius lib. 2. lecti. ca. 1. quod conſobrinorum rata habet connubia, huiuſmodi ſi quod eſt quod vſuras fœnuſq́; legitima facit, quod vſum per fidem non bonam capiones rerum, præſcriptioneſq́; ſimiles legibus firmauit, roburq́; dedit ciuilis Iuris, quæ omnino ciuilis Iuris nomine cenſenda non ſunt, cum vt vult Alciatus lib. 5. Paradox. cap. 3. nullus ex Iure ciuili agat qui agendo mortifere peccat, immo vel etiam, vt ibidem quibuſdam placet, venialiter ſolum. de tertio & vltimo dubium eſt, ſed cornicum oculos confixiſſe mihi videtur Cuiacius lib. obſer. 22. cap. 16. etenim clarum eſt, quanta olim Iuris vere Romani ignorantia pleroſque I. C.torum animos tenuerit, etiam Italorum,

rum, quo fiebat, vt quod ipſi de iure Romano ciuili verum putabant, reſcribenti in re mere ciuili ſuggererent Pontifici, ſecundum quod ſuggeſtum eſſet, Pontifices Iuris Romani plerũque ignari reſcriberent, non alio plane animo quam vt quod Iuris eſſet, facerent ſupplicantibus notum, non vt Ius conderent nouum, quid enim ea re in Eccleſia Dei peſtilentius? Recte Ariſtoteles li. Polit. 2. legum mutatione continua ſcribit aſſuefieri ſubiectos iuſta pro iniuſtis ſuſpecta cõtemnere cum ipſo latore, recte etiam Vlpianus l. 2. ff. de conſtit. in rebus nouis conſtituendis euidentem eſſe oportere vtilitatem, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum viſum eſt; notorium eſt quod profitetur ſummus Pontifex cap. 13. extra de Iud. nolle ſe Politici magiſtratus iuriſdictionẽ vel perturbare, vel minuere; cũ in politicis nulla Sacerdotio ſit poteſtas, niſi quia Politica conducunt ad cœleſtia vel ipſum Sacerdotium habeat beneficio piorũ

politica & ciuilia dominia; viderint igitur illi quomodo vel Iuri canonico non obſiſtant, vel Pontifices ſanctos temeritate atq; iniuſtitia non damnēt qui vbiq; innouandi iuris animũ Pontificibus affingunt. Sic ſe res habet, vt quãuis reperiantur huiuſmodi aliqua, caſu differre dicenda ſint magis à ciuilis Iuris obſeruatione, quam contraria ex animi Pontificum ſententia falſas Iuris Romani opiniones vel ſupponentium vel ſequentium: huius rei vnum ſubijciam exemplum. cap. 5. de procurat. in 6. tradit Pontifex vt nullus niſi vigintiquinq; annorum ad lites procurator iure fieri poſſit, recte quidem ſi receptam tum temporis inter ciuilis Iuris DD. ſententiam reſpiciamus, ſin vero ipſam rei veritatem conſideremus, à Iure ciuili nihil magis alienum vt optime aduertit citato loco Cuiacius. An nouum hic ius Põtifex conſtituit? acclamãt omnes. Hic prorſus interceſſore opus eſt Tribuno, qui me protegat negantem. Similia

milia ſunt quæ fuſim ab alijs adferuntur, quibus per ordinem reſpondeamus.

Capvt II.

SITNE OMNINO SÆCVLAribus Principibus inhibitum leges condere de re ad Eccleſiam ſpectante?

Aſſerit conſtitutio 10. extra de cõſtit. cui reclamant tot, tantorum, & vere Chriſtianorum ſanctorumque Imperatorum & Regum leges & edicta, quæ rem tractant vel Eccleſiaſticam vel Eccleſiaſticos contingentem. *Pudet*, inquit ad Nepotianum Hieron. *dicere, Sacerdotes idolorum, Mimi, & Aurigæ, & Scorta hæreditates capiunt, ſolis clericis & monachis hoc lege prohibetur, non à perſecutoribus, ſed à principibus Chriſtianis. Nec de lege conqueror ſed doleo cur meruerimus hanc legem, cauterium bonum eſt, ſed quo mihi vulnus, vt indigeam cauterio? prouida ſeueraq; legis cautio, & tamen nec ſic refrænatur auaritia, per fidei commiſſa legibus illudimus, & quaſi maiora ſint Imperatorum ſcita, quàm Chriſti, leges timemus, euangelia contemnimus.* Idem ibidem: *Qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ interpretetur primo*

vocabulum ſuum, & nominis definitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur, ſi enim Κλῆρος *græce, ſors latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte ſunt domini, vel quia Dominus ſors, id eſt, pars clericorum eſt:* cui autem portio Deus eſt (vt docet D. Ambroſius ca. 2. de fuga ſæculi) *nihil debet curare niſi Deum ne alterius impediatur neceſſitatis munere, quod enim ad alia officia confertur hoc religionis cultui atq; huic noſtro officio decerpitur, hæc enim vera eſt Sacerdotis fuga abdicatio domeſticorum & quadam alienatio chariſſimorum, vt ſuis ſe abneget qui ſeruire Deo elegerit.* Multi iam non tam Deum pro ſorte eligunt, quam Dei Eccleſię bona: vtinam falſa loquerer! Multi clerico ſignandi intorquentur Albo qui clericorum neſciunt vel munus vel onera; quanta mutatio! ſed pleriſq; Antiquorum ſtatutis nec iam pares ſumus, nec olim adoleſcente Chriſti Eccleſia fuerunt; inde Iſidorus de officijs lib. 2. ca. 3. & refertur concilio Aquiſgrani habito ſub Stephano V. c. 101. *Duo eſſe, ait, genera clericorum, vnum Eccleſiaſticorum ſub regimine epiſcopali degentium, alterum acephalorum, id eſt, ſine capite qui, quem ſequantur, ignorant, hos neq; inter laicos*

ſæcu-

Digitized by Google

ſæcularium officiorum ſtudia. neq; inter clericos religio retentat diuina, ſed ſolutos atq; oberrantes ſola turpis vita complectitur & va a quiq; dũ nullum metuentes explendæ voluptatis ſuæ licentiam conſectantur, quaſi animalia bruta libertate ac deſiderio ſuo feruntur habentes ſignum religionis, non religionis officium, hyppocentauris ſimiles, nec equi, nec homines, mixtumq; vt ait poeta genus proleſq; biformis, quorum quidem ſordidi atq; infami numeroſitate ſatis ſuperquè noſtra pars occidua polluitur: Hi ſunt qui legum latorum exacuerunt falces, vt dum Eccleſia fruſtra monitionibus ſuis acerbos hos ad veram clericæ pietatis maturitatem accenderet ac contunderet, contuſi tamen facti acerbiores, omnis fertilitatis degeneres ſæculari inuocata poteſtate in ordinem venirent ſæpe reuocandi, tam quoad perſonas quam res eorum, vel Eccleſiarum quibus ordinati erant: quam non ſollicitudine id in codice ſuo peregit Iuſtinianus atq; nouellis conſtitutionibus? Non putemus igitur Iuſtinianum ſuiq; ſimiles principes Chriſtianos legibus præeſſe Eccleſiæ Dei, ſciuit ſe eius filium, non patrem, diſcipu-

lum, non magiſtrum, ſciuit quorum ſibi ignota eſſet vita, eis ſe non poſſe viuendi conſtituere normam; clerici à ſæcularibus ſecreti ſunt, nihil cum ijs commune habent, quomodo directori ſæculi Imperio ſubiecti? non poteſt id eſſe, minor Eccleſiaſtico non habet in eum imperium l. 4. ff. de receptis l. 13. §. 4. ff. ad Trebell. ſæcularis autem Eccleſiaſtico minor, nunquid non ab eo dirigitur ſuum vt obtineat finem & vere finem vt dicũt finaliſſimum? hoc conſtat, ſubijcitur ergo, cur enim par in parem non poteſt habere imperiũ, ſi eo ipſo quod quiſpiam dirigitur non ſubijciatur ei à quo dirigitur? ſęcularis ab Eccleſiaſtico non dirigitur? Dixit Valentinian⁹ Imperator ſuffraganeis Mediolanenſis Eccleſiæ *Talem in pontificali ſede conſtituere procuretis, cui & nos qui gubernamus imperium, ſyncere capita noſtra ſubmittamus, & eius monita, cum tanquã homines deliquerimus, ſuſcipiamus neceſſario velut medicamenta curantis*: hinc leges de Eccleſiaſticis præter Eccleſiæ requiſitionẽ latæ perſonis actionibuſque perſonalibus ipſo iure

iure nullæ ſunt, deficit .n. Iuriſdictio l. vlt. ff. de Iuriſd. quanto minus ijs res Deo deuotæ & oblatæ ſuberũt? fateor ſui ſubeſſe natura res clericorũ patrimoniales, Eccleſiaſtici tamen ſua poſſeſſione, etiam ante omne priuilegiũ huic ſubiectioni intercedere potuiſsẽt, facit hoc implicata rerum cũ perſonis gubernatio, Non eſt ergo quod miremur legem cuius eſt apud Hiero. mentio, rem clericam non tangit, imo nec Clericorum, ſed auarorum & hereditatis vetulæ aucupum qui nõ parua clericę dignitati & integritati facta iniuria, quod ordine clerici eſſent, etſi moribus vitaq; peruerſa ordinis prærogatiua expugnent, temeraria audacia, audaciq; peruerſitate à nolentib. aliquando neſcientibus teſtamenta minori falſi ſuſpicione exprimebant. Hæc teſtamenta quia reijcit Imperator bona teſtamentis iſtis delegata hereditati reſeruant. hic ſenſus eius conſtitutionis, cui nemo elogium merito dederit, niſi iniquus rerum cenſor.

Digitized by Google

CAPVT III.

AN AD VALOREM RESCRIpti neceſſaria ſit expreſſio clauſula ſi preces veritate nitantur.

NOn neceſſariam eſſe ex Iuris diſpoſitione canonum putant plærique canoniſtarum quod ſibi probare videntur ex cap. 2. extra de Reſcriptis: neceſſariam eſſe probant alij ex l. *vniuerſa* C. de diuerſis Reſcriptis, quamuis aliqui ex hac ipſa lege contrarium probent, ſic Andreas Gail lib. 1. obſeruat. 14. ſic Gottofredus in l. 5. C. ſi quis alteri vel ſibi, ſic olim quidã I. C. quem gloſſa Petrum dicit. *Qui teſtamento tutor datus fuerat adito pratore dixit ſe tres liberos habere, adiecit praterea, habenti patruum legitimum tutorem, ſe vitioſe tutorem datum. Prator ita decreuit*, ſi legitimum tutorem habenti tutor datus es, non eſt tibi neceſſaria excuſatio: *Quaro cum nemo patruus impuberi tutor eſſet, an nihilominus tutor remanſit*, Reſpondit Scæuola l. 37. ff. de excuſat. *Secundum ea qua proponerentur quamuis iuſtas excuſationis cauſas haberet, non tamẽ eſſe excuſatũ: propter vitiũ pronuntiationis*,

non

non quia lata eſſet ſententia ſub conditione (quam nihil valere putat Gottof. ex l. 1. §. 5. ff. quando appel. quod ex eo non probatur immo cõtrarium potius) ſed quia mendax fuiſſet precator, Accurſius ibi, idẽ n. fuiſſet dicere, *Si verum eſt habere pupillum tuum tutorem legitimum, non opus eſt excuſatione*, quid ſi hoc verum non eſt? vitiatam eſſe pronuntiationem eſt certum, quę non tam conditioni futuræ innitebatur, quam rei veritati ſub conditione de præterito expreſſæ: Fit igitur hinc vt ſimilia omnia Prætorum decreta, & horum imitatione omnes Principum annotationes, ſanctioneſque pragmaticæ, quæ vno ſolent venire Reſcriptorum nomine l. vniuerſa C. de diuerſis Reſcrip. ita veritati innitantur precum, vt ſi preces falſæ ſint, totum corruat quod gratioſe, vel pœne totum quod ex Iure ad preces annotatum eſt, quod vt effectum ſortiatur ſuum, merito puniendi veniunt Iudices, qui precum vetuerint argui falſi-

falſitatem l. 3. C. ſi contra Ius, merito omnibus in Reſcriptis præter principale petitionis negotium, precum demandatur inquiſitio veritatis, eiuſque reſeruatur quæſtio, ne dum temere Iudices verbis inhærent Reſcripti, à mente reſcribentis longe aberrent. Itaque etſi id Reſcriptis ipſa ſui natura inſit, vt prius veritas precum examinanda ſit, quam executioni demãdentur preces admiſſæ, adeo vt quantumuis ad ſolam reſcribat princeps executionem rei, non cognitionem, de veritate tamen precum inquiri oporteat ab executionis mandatario l. 4. C. ſi contra Ius, ne tamen à maleuolis vel ignorantibus Iudicibus placuit Imperatori Zenoni nunquam abſoluta formula ſed ſemper ſub conditione Veritatis inquirendæ reſcribere etiam expreſſe vt recte ad d. l. *Vniuerſa* contra Petrum Accurſius; Nec putem huic diſpoſitioni contradicere Alexandrum Papam: etenim quod eius reſcriptum ſecundum verba

ba abſolutiſſimum, & multa iniquitate refertum, animum Archiepiſcopi Cantuarienſis exaſperaſſet, qualitate negotij diligenter conſiderata, ſcripſerat ſummo Pontifici quare id adimplere non poſſet, prout ille ipſe Pontifex actitandum eſſe mandarat Rauennati Archiepiſcopo cap. 5. extra de Reſcriptis, quapropter excuſat ſe Pontifex, tum quod non credat ſe præciſe ſic ſcripſiſſe, vel ſi ſcripſiſſet, id ex nimia occupatione fuiſſe factum tum quod recte conſideranti facile pateret id Reſcriptum adeo iniquum non eſſe, quod abſoluta non reſcripſiſſet formula, ſed conditionali veritatis precum, etſi id non expreſſiſſet, non quod inde velit Iuris ſtatuere Regulam, ſatis eſſe ad reſcriptorum valorem eam clauſulam intelligi, id enim verum nō eſt, cur enim tanquam præſumptum falſarium ad præſentiam ſuam tranſmittēdum iubet precatorem? omiſſa enim ea veritatis quæſtio, falſitatis arguit precatorem

etiam

etiam ſecundum Canoniſtas Archidiaconum & DD. in cap. *cordi* de appel. in 6. ſed vt oſtendat nullam poſſe executorij reſcripti edi formulam, ita verbis abſolutam, quin ſemper remaneat poteſtas inquirendæ veritatis, quod eſt ſecundum l. 4. C. ſi contra Ius, ita vt non ad modum reſcriptæ rationis, ſed ad veritatis indaginem ferant ſententiam? ne quaſi vinculis præpediti non poſſint legum veritati & iudiciali vigori per omnia ſatisfacere l. vlt. in fine C. de appel. ſiue igitur gratiæ ſit annotatio ſiue Iuris, id ſequentur quod rerum anima Veritas oſtendet, ita nimirum vt cognita precantis improbitate mentientis etſi alias non diſcentaneum Iuris, in gratioſis reijciant omnino reſcriptum ſiue executores, ſiue rerum cognitores & diſceptatores Iuris Romani Iudices, in alijs vero præſcriptione mendaciorum oppoſita precanti ſiue in Iuris narratione mendacium reperiatur ſiue in facti, ſiue in tacendi fraude

de, pro tenore veritatis non pro deprecantis affirmatione cognoſcant, & ſecundum hoc de cauſa ferant ſententiam l. 2. C. ſi contra Ius, ita nimirum vt ſi malitioſe deprehenderint vel falſitatem expreſſam vel ſuppreſſam veritatem, in peruerſi deprecantis pœnam nullatenus ad ſe pertinere cauſæ cognitionem ſine ſtrepitu Iudicij definiant arg. l. 2. ff. ſi quis in Ius, ſi vero ruſticitate eueniſſe id nouerint, nouerintque nihilominus datum iri fuiſſe litteras ſaltem in forma communi, non ſequentes formam in litteris ipſis appoſitam ſecũdum ordinem Iuris in cauſa procedendo decernant cap. 20. extra de Reſcriptis. Et vero vt recte aduertas non dicit in omnibus literis ſubintelligi Veritatis clauſulam Pontifex ſed *in huiuſmodi litteris* quales retulerat ille precator, quæ certe ſi verba ſpectes omnem omnino cognitionem dicto Archiepiſcopo adimebant, quod fieri non debere nec poſſe clarum eſt, quare quantumuis abſo-

lutis

lutis ſcribatur verbis *non timeant*, inquit Accurſius ad l. 3. C. ſi contra Ius, *miſeri prælati, ſi veritatem ſequantur, cum Deo & Papæ per hoc placeant, vt enim quædam in ſermone tacite excipiuntur alias* l. ſi cui ff. de ſeruit. *ſic & hic veritas tacita pro expreſſa habetur vt ſecundum eam procedatur* l. 2. C. ſi contra Ius. Hoc docet illo reſcripto Pontifex, nec quidquam aliud, quod ſi cum l. vltima pugnare aſſeritur non tam pugnam ego quam ſimplicem velitationem admitto, ipſis vero pugnam declaro d. l. vlt. cum l. 4. quam ſi velint depugnent mihi verius eſt nec Pontificem Zenoni, nec Zenonem Conſtantino vel obſequi aduerſa conſtitutione vel derogare. Huic capiti more ſcholæ Impertinens addam, immo maxime pertinens, qui volet vlterius intelligere ad explicationem d. capit. 2. legat elegans Impp. Mandatum Eutropio præfecto prætorio l. 1. de bonor. petit. ſubl. lib. 10. codicis tit. 12.

*

CA-

CAPVT IV.

VTRVM EX NVDO PACTO ſit actio.

EX Iure ciuili nullam eſſe euidentiſſimum eſt, aliqui eam iure canonico inducunt, quam vocant, vt docet Veſembechius ff. de pactis *Actionem ex canone*, probant intentum ex c. 1. extra de pactis, tum quod ſeruari pactiones Pontifices velint, tum quod inter ſimplicem loquelam, & conceptis verbis iuratam promiſſionem differentiam nullam Deus agnoſcat. Sed & *ſeruabo pacta* inquit Prætor, & tamen nulla actio ex eis oritur, & licet ſimplicem promiſſionem ſeruari non minus Deo acceptum ſit, quam iuratam, efficaciorem tamen obligationem ex iureiurando naſci etiam PP. decretis cap. *cum contingat* extra eod. nemo dubitat. Sequitur itaque inquit Alciatus lib. 5. paradox. cap. 3. vt frequens ea, interpretum opinio validis argumentis non ſubſiſtat, nam vt concedamus, Promiſſionem eſſe actum ſpontaneū,

Digitized by Google

imo & deliberatum acceptatamq́; eſſe Pactum, adeo vt ſæpe eodem veniat nomine l. 5. C. de contrah. ſtip. non tamen ſemper obligari eum qui pollicitus eſt, ſciendum eſt, quicunque enim ſine cauſa pollicitus eſt, etiam reip. nō erit obligatus l. 1. ff. de pollicit. Vox illa eſt omnium hominum, ac proinde Naturæ, Viro indignum eſſe fidē promiſſis non ſeruare, hoc fateor, ſi enim vllibi apud noſtrates Germanos viſitatiſſimum eſt illud Lenonis nouell. 19. dictum, *Æquum non eſſe neq; rationabili animali conuenire, pacta conuenta per improbationē adulterari, cum ſi quid aliud, hoc certe hominem deceat, & verbis ſuis fidem præſtet, niſi mendacijs veritatem corrumpendo, deſtitutus ratione, eorū albo, quæ Ratione prædita ſunt, excidere velit.* An ideo vbiq; & ſemper omnino aſtrictum cenſebimus ſoluendi promiſſi? Certe omnes infideles vituperamus, nullius tamen verbum tantis inuoluimus neceſſitatis inuolucris, vt ſine omni exceptione actioni ſubiectū damnemus, pauci vrgent, omnes de non ſeruata fide conqueruntur: Præclare

nota-

notauit D. Thomas in 4. diſt. 38. q. 1. art. 1. nudas aliquas eſſe promiſſiones (etiam in foro conſcientiæ de quo agebat) quę plenam non inducunt obligationem, quam inducerent, ſi quibuſdam confirmarentur, vult eſſe deliberatam promiſſionem, vult adeſſe intentionem obligandi ſe ad aliquam pœnam ni promiſſis ſteterit, vult his interuenire teſtificationem ad homines: quid igitur? nuda promiſſio nullã inducet obligationem? producet, ſed quam dixit idem S. Doctor 22. qu. 88. art. 3. ad 1. eſſe ſecundum honeſtatem, hoc eſt vt ibi Caietanus, ſecũdum debitum morale quod eſt ex rectitudine Regulæ omnium noſtrarum actionũ, quæ eſt Ratio, quam certum eſt dictare ſeruãdam eſſe fidem dictis promiſſiſue, adeo vt peccatum ſit, vix vnquã Iuſtitiæ quidem, ſed charitatis ſemper, mortale ſi re graui, veniale ſi in re leui vt docuit idem Caiet. 22. q. 113. ar. 1. ad quæſtiun. 4. imo vero nullum, ſi aliqua circumſtantiarum mutata eſt,

nam recte Seneca li. 4. de beneficijs c. 35. *Tunc*, inquit, *fidem fallam, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi cum omnia eadem ſint, quæ erant promittente me, non præſtitero promiſſum, alioquin quidquid mutatur, libertatem facit de integro conſulendi, & meam fidem liberat*. Ineſt igitur promiſſis omnibus conditio, *Si res in eodem ſtatu manſerit*, amplius addam, ineſt promiſſioni, vt non plus obligetur, quã ſe voluit promiſſor obligare, hoc clarum eſt ex D. Thoma. Quod igitur Pactum ciuilem obligationẽ non producat, ex promittentis habet voluntate, non quia Scriptura non continetur, non quia deliberatione vacat, nõ quia promiſſoris caret omnimoda ſoluendæ fidei voluntate: quis credat ſcripto pacta comprehenſa non fuiſſe? affirmat l. 7. §. 12. ff. de pactis. quis putet tumultuarie fieri ſolita? docet certam fuiſſe pactorum formulam Cicero pro Cecinna, *Teſtamentum*, inquit, *aut ſtipulationes aut pacti & conuenti formula non infirmari aut conuelli poteſt si ad verba rem deflecti velimus consilium autem eorum, qui ſcripſerunt, & rationem, & auctoritatẽ relinquamus*? quis putet, omnimode obligandi animo

mo celebrata fuiſſe, ita vt non tantum retentionem, ſed petitionem haberet paciſcens in iudicio? *Si quis*, inquit Cicero de ſtipulationibus pro Cecinna, *quod ſpopondit (qua in re verbo vno ſe obligauit) id non facit, maturo iudicio ſine vlla religione Iudicis condemnatur*; credo propter verbum quod dixit *Spondeo*, ita nimirum: verius eſt quod dicitur vulgo.

Quidquid agant homines Intentio iudicat oẽs.

Præſumpsêre Iuris ciuilis conditores neminem de re quapiam tractatum, præmiſſum, contractumque conuenientium vna conſenſum velle ſtipulari, quin omnimodam ſubirent diſtrahendæ conuentionis neceſſitatẽ, *Obligationem*, inquit Paulus li.5.ſentent.tit.7. *firmandarum gratia ſtipulationes inductæ ſunt, quæ quadam verborum ſolemnitate concipiũtur, & appellatæ, quod per eas firmitas obligationum conſtringitur, ſtipulum enim veteres firmum appellauerunt.* quare nullæ ſtipulationes ſolæ, nudæ, ſine actione: in Pactione præſumpſerunt contrarium, quid eſt enim Pactio? duorum pluriumue in vnum conuentio cui nulla ſubeſt nec

Digitized by Google

dati cauſa nec facti, qua tamen vt eleganter Conſtantinus apud Cuiacium in l.7 ff.de pactis μὴ προηγήσιται δόσις ἀλλὰ μόνον συςῇ ἐπὶ δόσει non producatur donatio, ſed ſolum conſiſtat ſiue conſtituatur in donatione, ſubaudi facienda, hinc Pacta ſub futuri formula concipiuntur, itaq; ſi actio aliqua danda foret, nō tam Iudex rem promiſſam tradendam diceret *Videri* quam faciendā donationem, quę poſſunt eſſe diſtincta & ſunt quam plurimum, nullibi autem prodita talis ſententia: omnes Iurisgentium conuentiones *de præſenti* ſunt, itaq; nulla cadit rei pœnitentia, pactio de futuro eſt, quam non eſt iniquum pœnitentiam admittere iuſta de cauſa; Inuenio tamen & pactum *ſub præſenti* conceptum l.40.ff.de pactis, & ſtipulationes *ſub futuro* l.5.§.*ſtipulatio* ff. de verb.oblig.verum vt recte aduertamus, ſtipulatio illa & nuda ideo eſt, adeoq; pœnitentiam admitteret niſi ſtipulantium alius eſſet animus, & ſi attendamus ad pactum de quo l.40.

nul-

nullam obligationem inueniem⁹, ſed obligationis potius diſſolutionem vt notauit Cuiacius lib.obſeru.18.cap.2. quare hoc pactum ad noſtram materiam nihil facit, cum paciſcens nolit vllo modo negotium contrahere, ſed diſtrahere; quid-quid ſit de formulæ conceptione, hanc non nimium curare debemus; ſi concipientium teneamus mentem & ſenſum, & putamus eũ qui dedit aliquid vt fiat quidpiam ſibi pœnitendi reſeruaſſe locum re integra l.3.§.3. ff. de condict. cau. dat. eum vero qui daturum ſe facturumue dixerit ſi detur fiatue aliud, omnem à ſe præcluſiſſe pœnitentiam? nullo modo, an vero id voluerit, non ex formula præciſe ſciemus, etenim tractatus ſtipulationum & pactorum idem, ſi formulam igitur inſpicias, vtrobiq; affirmabis ciuilem obligationem, ciuilem actionem: hoc falſum eſt. ſed dices, Pactio non eſt verborũ conceptio, quibus is qui intorrogatur daturum facturumue ſe quod interro-

 gatus

Digitized by Google

gatus eſt reſponderit; hoc dixit Alciatus lib. parerg. 2. cap. 18. ſed contradixit Cuiacius in l. 5. ff. de verb. oblig. cui aſſentior ob l. 7. §. *quod fere* ff. de pactis. Quæ cum ita ſint; non tam tractatum conſiderare oportebit, quam ipſius tractatus concluſionem, hæc eſt obligatio quam ſibi volunt imponere, & hæc eſt Pactorum cum ſtipulationib. nudis non minima differētia, ſed qua poſita, quia diuerſas ſenſerunt I. C. contrahentium ad obligandum ſe voluntates, ſtipulationibus actionem ex Lege dederunt, Pactionib. non dederunt non alia ratione, quā quia habere noluerunt contrahentes d. l. 7. §. *quod fere* niſi vel pœnę vel ſacramenti ſanctiſſimęq; ſtipulū adiunxiſſent Trinitatis Leo nouella 72. vel factum aliquod ſubſequutum fuiſſet l. 26. §. *conuenit* ff. de pactis dotal. hoc enim ſi adeſt pręter conuentionē eſt aliud quidpiam quod firmiſſimum obſeruandi pacti conuentiq; denotet ſine pœnitentia animum, qui nudo ineſſe non

poteſt

poteſt pacto vel à ſola ratione quia paciſcentes ſecũdum ſtatuta legum paciſcuntur; ita igitur animo eos conſtitutos eſſe neceſſe eſt, vt nullam actionem aduerſario dari velint, velint tamen exceptionem; quod ſi verum eſt ne ipſe quidem Pontifex hoc animo pactis contractis dare vnquam vellet. Vide an hinc concludas ex d. capit. 1. extra de pactis non dari actionem? Dico hoc caput de pacto nudo non eſſe, addo nec ipſum titulum Vniuerſa in ſenſum ſuum breuem capita conclude, eumque nudorum pactorum applica ſubſtantiæ, ne vel vnum hoc titulo reperies, niſi forte vltimum quod de pacto nudo agat: nolo id per ſingula oſtendere, cum clarum ſit ſatis, ſolum in hac materia difficultatem facit capitulum primum, Nec hoc quidem de pacto nudo eſt, perpende integrum canonem qui habetur Concilio Carthaginienſi ſub Iulio I. Papa can. 12. *Antigonus epiſcopus maduren. dixit grauem iniuriam patior, & credo dolere ſan-*

 ctita-

ctitatem veſtram contumeliam meam: & computare communem iniuriam. Optatius cum ſe repræſentaret, pactum mecum habuit, & diuiſimus plebes, manuſcriptiones noſtræ tenentur epittacia, contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & vſurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent: Gratus epiſcopus dixit, factum hoc dolendum eſt, vt in ſe illiciat populorum imperitorum animas contra diſciplinam, contra euangelicam traditionem, contra pacis placita, nam ſi ſibi id poſſe contingere arbitraretur nunquam profecto in fratrem aliquis deliquiſſet, vnde aut inita pacta ſuam obtineant firmitatem, aut conuentus ſi ſe non cohibuerit, Eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. Vniuerſi dixerunt, Pax ſeruetur pacta cuſtodiantur Quæſo quod verbum hic de actione danda? quæ hic pacti nudi paratura? Hic canon Donatiſtarum cauſam tangere videtur quoad retinendos honores, in qua varie cum ijs actum fuiſſe teſtantur Acta, primo quidem Melchiades Papa inquit D. Auguſtinus epiſt. 162. *Donato ſolo, quem totius mali principem inuenerat, maxime culpato, ſanitatis recuperandæ optionem liberam cæteris fecit, paratus communicatorias litteras mittere etiam ijs quos à Maiorino ordinatos eſſe conſtaret, ita vt quibuſcumque*

locis

locis duo eſſent epiſcopi, quos diſſentio geminaſſet eum confirmari vellet, qui fuiſſet ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda prouideretur. O virum optimum, ô filium Chriſtianæ pacis, & patrem Chriſtianæ plebis! cuius tamen nec ſententiam, nec conſilia receperunt peruicaciſſimi hæreticorum Donatiſtæ, ad quorum contundendam peruicaciam poſtmodum conſtitutũ in conſilio tranſmarino, inquiunt P.P. Carthagine in ſecretario Baſilicæ reſtitutæ congregati Anaſtaſio Pontifice Max. Vincentio & Flabito V V. Clar. Coſſ. Idi. ſeptembris *vt ordinati in parte donati ſi ad Catholicam correcti tranſire voluiſſent, non ſuſciperentur in honoribus ſuis.* quod deprecati ſunt ijdem PP. ab Anaſtaſio propter Eccleſiæ pacem & vnitatem, magnamq́; Africæ neceſſitatem; ſic habetur Concilio Africano ſub Bonifacio & Cęleſtino can. 35. petitionem vero ſuam cõſequutos fuiſſe ſatis declarat aduerſus Creſconium D. Aug. lib. 2. cap. 11. & 12. vt ſic in Catholicam ſuſciperentur vnitatem, quemadmodum videretur ijs expedi-

re,

re,quorum ſaluti conſulebatur, officio vel exercendo vel omittendo, ita vt per quos vel omnimodo perfici vel adiuuari manifeſtis fraternarum animarum lucris Catholica vnitas in locis quibus degunt viſa fuiſſet, non obeſſet quod contra ſuſceptos honores ante ſtatutum fuiſſet d. can. 35. quod ſi alicubi locorum Catholica fuiſſet & pars Donati & ad diuerſas cathedras pertinebant quocumque tempore illic vnitas fuiſſet facta, ad eam cathedram pertinerent, ad quam Catholica quæ iam ibi fuerat pertinebat, ita ſane vt ſi epiſcopus ex Donatiſtis ad Catholicam vnitatem conuerſus fuiſſet, æqualiter inter ſe diuiderent eas quæ ſic fuerint inuentæ, vbi ambæ partes fuerunt, id eſt vt alia loca ad illum, alia ad alium pertinerent, ita vt ille diuideret, qui amplius temporis in epiſcopatu haberet, & minor eligeret &c. can. 84. & 85. dicti concilij: Hæc facilem dabunt ſenſum noſtri dubij, nã cum Optatius ſe repræſentaſſet vni-
tati

tati Catholicæ cum Antigono ſecundum prædictum canonem 85. factæ ſunt diuidendarum plebium pactiones, ita vt Antigonus diuideret, Optatius eligeret, facta electione, diuiſæ sũt reip. plebes vt quiſque ſuam propriam haberet & contineret: ſi hic vel vmbra nudi pacti, non legitimi conuinci poteſt, intelligi non poſſe aſſero quid auctores pacta vocent legitima, I. C. ait *Conuentio legitima eſt quæ lege aliqua confirmatur* l. 6. ff. de pactis; I. C. ait *cui ſubeſt cauſa propter obligationem nuda non eſt* l. 7. ff. de pactis. atqui mandat canon hanc pactionem, ergo legitima, ſequitur ipſa realis diuiſio pactionem, ergo nuda non eſt; ſatis reſpondimus ad hãc partem.

CAPVT V.

AN VALIDA SIT RENVNtiatio hereditatis facta à filia patri Iuramento firmata.

AFfirmat Pontifex cap. *quamuis* de pactis in 6. negant alij ob l. *pactum dotali* C. de collat. iuncta l. *non dubium* C. de ll. In hac re certiſſimũ eſt quod hæc

hæc pactio ius ſucceſſionis non mutat, quia priuatorum cautiones iuris auctoritate non cenſentur; quod hæc pactio à legibus improbatur quia meritis ad obſequia paterna prouocandi à patribus filii, non pactionibus obſtringẽdi, quid .n. ſi nihil ſperent vltra quam recepêre? quibus obſequii cauſa plus habendi eſt amor, aberit obſequij amor, vbi plus habendi abſuerit cauſa; Recta hæc apud paganos & ab ijs nomine tantum differentes tepidos Chriſtianos. An ſpes ſuccedendi quẽpiam recti iudicij filiũ ad obſequium alliciat paternum? quid ſucceſſionis maxima ſucceſſori proſunt emolumenta poſt ſuccedentem mortem? At id nulli Chriſtianorum ignotũ dogma *Honora patrem & matrem vt ſis longæuus ſuper terram:* nullo igitur huiuſmodi pactio apud veros Chriſtianos digna elogio, quod faſſus eſt olim Donellus ad l. vlt. C. de pactis, *Non eſt ea pactio*, inquit, *contra bonos mores*; hoc ſatis, *ſed contra leges.* Non nego Romanis moribus, nequaquam

tanta

tanta cenſeri poſſe auctoritate pactiones huiuſmodi vt per eas prohibeatur filia ſuccedere, nego tamen fuiſſe inhibitas, legantur Iuris omnia capita quæ de ipſis tractant, immo vt largius agam, ſit ſane contra leges conuentio prohibita vt filia quæ nuptui collocatur, vel filius cui vxor datur ex certa parte patri ſuccedat l. *pactum qu d dotali* C. de pactis; *Moribus tamen noſtris*, inquit, Cuiacius ad l. 26. ff. de verb. oblig. *recepta eſt, & probata nouell. Leonis 19. qua abrogatur d. l.* pactum quod dotali: ſit contra leges & prohibita etiam hæc conuentio vt filia contenta ſit dote & renuntiet cęteris l. vlt. ff. de ſuis & legit. *at moribus n ſtris*, inquit idem ibidē, *hæc etiam cõuentio recepta eſt præſertim ſi Iurata renũtiet*, iuret inquam ſe ab conuentione non eſſe receſſuram, iureiurando enim ſtandum eſſe clarum eſt, quia non eſt contra bonos mores, quia eſt de re non publica ſed priuata, neque enim vt aduertit nonnullus hac pactione ſucceſſioni paternæ renuntiatur quã

leges

leges deferunt, quid ergo? pepigit filia ſe ad bona paterna non habituram regreſſum, aliud autem ſucceſſio, aliud ſucceſſionis bona. Certe quidem indigna plærumque parentibus hæc pactio, neque enim eſt conſentaneum vt ait Leo Imper. nouella 19. in fine, *Vt parentes ijs qui pariter ex ipſis nati ſunt, non parem curam exhibeant, neq; æqualiter ipſorum vitæ proſpiciant, ſed alios quidem vberiores facultates habere, alijs vero nihil parcere, neq; illorum miſereri, tametſi inopes in miſeria victuri ſint, velint.* Cæterum ſi deſideratam familiarum ſuarum ab omnibus proſperitatem inſpiciamus, certe is omnium ſenſus ſemper fuit, plus tribuendum filijs eſſe quam filiabus, ab illis enim nominis noſtri eſt illuſtratio, ab his non item; hoc conſideraſſe ac perpēdiſſe videtur vetus nec vænalis Romanorum prudentia, dum vel heredem inſtituendum ſanciret filium, vel nominatim velut familię indignum propagatorem bonorum paternorum exheredū facere, cum tamen ſatis eſſet, quoquo titulo filiam rei alicuius ad legiti-

gitimam ſufficientis dominam relictã ſilentio miſſam facere, paterno in eũ modum ſeruato affectu, ne pro inæqualitate animi filiabus leuius quiddam, filiis vero grauius attribueretur: Apud noſtrates, Germanos dico, id vſitatiſſimum eſt, dote accepta filiam contentam eſſe, reliquis bonis filium præfici, quod ipſi Naturæ conuenientiſſimum eſt, *Ea conditione*, inquit D. Auguſt. de vtilitate eleemoſynæ c. 10. *naſcuntur homines, vt velit ſibi omnis homo à filijs ſuis ſuccedi, & nemo eſt qui non hunc ordinem in domo ſua vel optet vel ſperet, vt generatores filiorum cedant, & generati ſuccedant.* Et placet Bonifacium ea de pacto cõſtitutione non tã Iuri derogaſſe, quam conſuetudine abrogato eandem ſuper induxiſſe: Ius illud ex feudis lex fecit ſalica libr. 2. cap. 29. cui Germanorum, Gallorum, Italorum nationes obtemperaſſe ſub Impp. germano gallis non dubito, ſi obtemperarunt non deſuetudine ſolum abrogata l. 3. C. de collat. ſed contrario

iure antiquata; reſcripſit poſt legem Salicam Bonifacius VIII. cur ergo ei eam Iuris ciuilis Romani derogationem primo damus? immo ſi priora nõ eſſent, cur non daremus? Si tamen verum amamus nec poſt tot tamq́ue variarum nationum conſuetudinem ipſe Pontiſex pactum renuntiatorium iniuſte laudat, quin potius contrariũ aſſerit; Renuntiaſti filia hereditati pactaq́ue es cum patre; conſulis quid factum opus? facis recte ſi obſerues, non facis inrecte ſi negligas: at te ſeruaturam, quod abſq; damno alterius nec fraude nec dolo circumuenta pepigiſti, iuramento etiam corporaliter forſan pręſtito confirmaſti? neq; perfidiæ neq; periurii quemquam legiſlatorum auctorem debes ſperare. Hęc ſententia Bonifacij: Tota igitur de Iurameto quæſtio, quæ quanta quãta eſt tota fori Eccleſiaſtici eſt non ſecularis cap. 13. extra de Iudiciis. Iuramentum rei non malæ appoſitum certe valet, ſi valet, Pontificis eſt cogere vt obſer-

obſeruetur, reclament quantumuis velint ciuilis auctoritatis præſides, at enim renuntiatio hereditatis abſolute res non mala eſt, quomodo enim permitteretur? & vero permittitur, nō enim expreſſe prohibetur, & quia permittitur ſolum, res omnino bona non eſt vt de ſimilibus docet Tertull. lib. 1. ad Vxorem cap. 3. Itaque hæc filiæ renūtiatio à Iure permittitur, quia omnino mala nō eſt, quia tamē permittitur tantum, ideo ſuæ permiſſionis ſuſpectam habet cauſam, & quia hāc habet, non ita probatur vt vel exceptionem producat vel actionem, nec hoc impedit iuramento cōfirmatam vel actionem dare vel exceptionem, omnem enim ſuſpicionem malitatis aufert merito Iuſiurandum; hac ratione hypothecæ dotalis alienatio valet cap. 28. extra de Iureiur. cui quidam opponunt authent. in C. rei vxoriæ, &c. §. *& cum lex Iulia* & authent. *ſiue à me* C. ad S. C. Velleia. quibus Iuribus adeo inhibetur hæc alienatio, vt

ne quidem ad valorem alienationis quidquam operetur conſenſus mulieris, quin poſſit ſemper Iure ſuo vti; ergo etiam ſi iuramentum acceſſerit? mala illatio vt patet, ſed tamen eam diſcutiamus. Prohibitio alienationis dotalitiæ hypothecæ in fauorem mulieris eſt introducta, ne fragilitate naturæ ſuæ in repentinam incidat inopiam, vnde *ſi ſecundo conſenſerit, valida videtur, mulier quippe mariti ſeductionibus facile decepta, & propria negligens iura, ſi in plurimo tempore cogitauerit pro negotio cautior ſit* nouel. 6. §. 2. is igitur conſenſus pro nullo habetur qui leuiter fit, qualis ſemper primus præſumitur, niſi aliunde contrarium appareat, cum vero iuramenta non adeo leuiter fiant, fiet, meo quidem animo, præſumendum eſſe re bene conſiderata conſenſum adhibitum eſſe, quo poſito & ratio prohibitionis, & ipſa proinde prohibitio videtur caſſa & irrita, quod ſi hoc, facile conuincam etiam ipſo Iure ciuili valere huiuſmodi alienationes

nes factas ex animi ſententia & Deo in teſtem, in Iudicem vocato, mulieres enim quoniam minoribus comparantur, ſicut minoribus non ſubuenitur aduerſus Iuſiurandum, ſic nec ipſis ſubuenietur infirmitate ſua manſura Iuriſiurandi religione, tū vel maxime, ſi inde aliquod commodum oriatur mulieri, ne quod eius fauori conſtitutum eſt quibuſdam caſibus ad læſionem inuentum videatur quod eſt contra l. 6. C. de ll.

CAPVT VI.

POSSITNE EPISCOPVS POEnam adulterij & ſimilium criminum ex parte remittere.

Adeo olim à Canonibus iuſſa fuit clericis continentia, vt ſi lapſi fuiſſent, depoſiti pœnitentiæ addicerentur ſine ſpe miniſterii recuperandi, hoc tradunt PP. Neocæſareæ congregati can. 1. ſic declarant PP. in oppido Aruernorum ſub Vigilio Papa

 541.

541. concilii ſui can. 12. ſic plane ſtatuit Martinus Papa I. epiſt. ad Amandum Epiſcopum. *Nullatenus*, inquit, *in huiuſmodi peccato delinquentibus ad deſtructionem canonum, compaſſionem exhibeas. nam qui ſemel poſt ſuam ordinationem in lapſum ceciderit, deinceps iam depoſitus erit, nullumque gradum ſacerdotij poterit adipiſci, ſed ſufficiat ei lamentationibus fletibuſque aſſiduis, quouſque aduixerit, in eadem pœnitentia perdurare, vt commiſſum delictum diuina gratia extinguere valeat.* Verum enimvero nocet antiquus rigor, & nimia ſeueritas vbi ei iam pares non ſumus vt egregie D. Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium: hoc certum eſt, determinatos fuiſſe olim pœnitentię annos quos tamen pro ratione zeli triſtitiæ & auerſionis à malo quam vere exhibebat pœnitens, poterat Epiſcopus vel minuere vel augere, quod cum faceret putamus canonibus non obtemperaſſe? obtemperauit prorſus. Itaque quod ad pœnas attinet eſt differentia inter ſęcularē & Eccleſiaſticum iudiciis præpoſitum, vt mulcta quidem ex arbitrio illius

lius veniat, pœna vero non irrogetur, niſi quæ quaque lege vel quo alio ſpecialiter huic delicto impoſita eſt, ab Eccleſiaſtico vero poſſit ex animi ſui ſententia tam mulcta imponi quam pœna irrogari, impoſita irrogataue mitigari, non quod ob id canones derogent legibus, ſed quia Epiſcopis patris tribuunt qualitatem, quam negare Iudici ſuo leges, ſaltem in criminalibus, cenſendæ ſunt, quia vltro non tribuunt, *prohibetur*, inquit Tertullian⁹ de coro. milit. cap. 2. *quod vltro non eſt permiſſum*, & vero vt Papinianus reſpōdit, *facti quidem quæſtio in arbitrio eſt iudicantis, pœnæ vero perſecutio, non eius voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur* l. 1. §. 4. ff. ad S. C. Turpill. Poſſumus igitur dicere quia Epiſcopi ſubditarum plebium non Iudices ſolum ſunt, ſed etiam patres, bonæ fidei eſſe eorum Iudicia, in quibus vt conſtituit Iuſtinianus Inſtit. de actio. §. 30. libera poteſtas permitti videtur Iudici ex bono & ęquo ęſtimandi quantũ actori reſtitui

debeat,hinc Alexand.III.c.4.extra de Iudiciis *in adulterijs*, inquit, *& alijs criminibus, quæ minora ſunt, poſſe epiſcopum cum clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare*, ſcilicet vt ad ordinem redeant vnde exciderant,hæc prorſus pœnæ eſt mitigatio ſed quam extorſit rerum humanarum inconſtantia & imbecillitas.

CAPVT VII.

AN SEMPER TRIENNII lapſu perimatur litis Inſtantia.

ANtequam cum alio conteſteris rem hanc tuam eſſe,vel dare eum facereue debere quidpiam , ille vero neget,vel contradicat , non tergiuerſetur ſolum vt recte Agricola 2. de Inuent. 12. nec Actor intelligitur nec Reus,nec lis, lis enim res in Iudicium deducta Varro lib. 6. de lingua latina, Iudicium vero diſceptatio , quæ fit ab eo quem Magiſtratus cauſæ diſceptatorem partibus dedit , Cuiac.ff.de Iudiciis huius diſceptationis ſicut finis eſt ſententia,ita initium Conteſtatio,

qua

qua propoſita ſi intra triennium liti non inſtaret aduerſarius, finiret Iudex peremptam decreuit Iuſtinianus inſtantiam, ſi priuata res eſſet l. *properandũ* C. de Iudicijs, nam ſi reſpublica vel quæ publicam functionem concerneret ſex menſium ſpatium ei tantum attribuit, niſi cauſa cognita aliter fieri oportere etiam non perempta Inſtantia animaduerſum fuerit l. vlt. C. de Iure fiſci: firmari quoque poſſit hoc ius ex cap. penult. extra de Iudiciis cũ ibi de Iuriſdictione agatur epiſcopi, quæ functio videtur publica, quamuis ad hoc negotium nihil pertinere hoc caput inſinuet gloſſa ibidem ex eo quod lis conteſtata non fuiſſet, verum melius probabiliusque cum Ceruienſibus conteſtatum fuiſſe litem Epiſcopum puto, quo tamen non obſtante ex ſententia d. l. *properandum* triennii lapſu interruptam inſtantiam nego, etiam ponas licet priuatam fuiſſe litem non publicam, quod per Ceruienſes dolo malo factum eſſet ne lis

Digitized by Google

finiretur tempore legibus præſcripto ſi ergo finiretur inſtantia ex dolo ſuo lucrum feciſſent quod fieri non oportet. Tantum igitur abeſt per hanc canonis diſpoſitionem d. legi derogari vt Cuiacius ad d. cap. penult. Parmenſem Bernardum ſtulte putare aſſerat per hoc cap. d. l. corrigi.

CAPVT VIII.

POSSITNE CLERICVS RENUNTIARE foro Eccleſiaſtico?

REgula eſt Iuris antiqui, Omnes licentiam habere, his quę pro ſe introducta ſunt renuntiare l. 29. C. de pactis: Ergo poterit fori Eccleſiaſtici priuilegio renũtiare clericus, maxime ſacramenti religione aſtrictus. ſed vidēdum eiuſne contemplatione ſit introducta lex illa Eccleſiaſtici ſtatus priua, *Non eſt*, reſcribente Innocentio III. Piſano Archiepiſcopo ca. 12. extra de foro compet. *hoc beneſicium perſonale, cui renuntiari valeat, ſed potius toti collegio Eccleſiaſtico publice eſt indultum, cui priuatorum pactio derogare non poteſt.* Sic igitur ſtatuendum:

Non

Non poteſt clericus conclericum ſiue inuitum ſiue volentem ad tribunal ſæculare vel ducere, vel vocare, quia contra bonos mores eſt, quidquid enim canonibus repugnat, bonis moribus repugnat. Non poteſt clericum laicus etiam pacto renuntiantem fori præſcriptioni ſiſtendum laico tribunali euocare. quid enim eo indignius? olim nullus clariſſimorum vel magnificētiſſimorum licebat per ſe litigare, *ne cogerentur aut ſedere cum iudicibus cum iudicant, aut ſtare rurſus tanquam litigantes, ex vtroq; enim cauſa videtur incauta, aut dignitatibus iniuriam ſuſtinentibus, aut iudiciali ſchemate indigne procedente nouell. 71. cap. 1.* Minus inhoneſtum forſan ſtante Epiſcopo ſedere laicum Iudicem? dicam amplius ſtantem presbyterum iudicari à laico ſedente? Itaque quod honeſtatis non ſit, vt dignitate maior ſtet coram Iudice inferiore, nunquam fieri honeſte poterit, vt, millies licet in id paciſcatur, laico ſiſtatur Iudici clericus, qui de ſorte eſt domini, qui ſpiritualia tractat, qui ſpiritualibus pręeſt, quæ toto

ſupe-

Digitized by Google

ſuperant cœlo temporalia eorumque præſidentiam: neç facit contra hoc l. 29. C. de pactis aliud enim eſt renuntiare priuilegiati iudicis foro, & ſubijcere non minus competēti, aliud ſubijcere ſe foro iudicis incompetentis etiam de Iure communi: Vnuſquiſq; fori pręſcriptioni pacto recte renūtiat ſi nihil amplius quā huic præſcriptioni renuntiet, quod tunc fit, cum is qui renuntiauit vocatur ad alium Iudicē, quem iure communi iudicem ſortitur, non quem ex pacto ſequi cogatur, Rem totam declaremus in ſpecie cap. 10. extra de Reſcriptis Obtinuit à S. Pontifice quiſpiam certos iudices omnium ſuarum cauſarum, quęro ſi paciſcatur cum aduerſario, eius reſcripti beneficio non vſurum, ſi poſtmodum pœnitentia ductus euocet ad datos ſibi iudices? recte aduerſarius excipiet; quid ſi aduerſarius ad communē alias iudicem vocet? non reſcribet paciſcēs aduerſario Reſcripti gratiam, ſed ſequetur omnino ducentem, renuntiarunt

Digitized by Google

runt enim Reſcripto : quid ſi poſita ea renuntiatione, ad eum prætorem, cuius Iuriſdictioni non ſubſunt prouocet? non audiendum eſſe; eſt certi Iuris, pacta etenim exceptionem producunt non actionem, qui enim eam facultatem aduerſario tribueret, ſimul daret actionem qua coactus ad eũ Iudicem recte vocaretur, id pacto effici non poteſt, quia ex pacto actio non naſcitur Donellus ad d. l. 29. in fine gloſ. in l. 18. V. *ſtare* ff. de Iuriſd. Ea l. 29. ſententia à qua longe abeſt vt vidimus ca. 12. extra de foro compet. hoc quidem verum eſt olim clericos conuentos fuiſſe coram laico iudice, permiſſu & iudicio Epiſcopi cap. 2. extra de foro compet. nam ſi permiſſu pontificis poſſunt condemnari, vtique & coram eo conueniri; conſentiebat fortaſſis olim in id vniuerſim Eccleſia vt ſicut ait D. Petrus epiſtol. 1. capit. 2. *benefacientes obmuteſcere facerent imprudentium hominum ignorantiam, quaſi liberi & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem ſicut ſerui Dei:* & hoc quidem tunc recte, po-

ſtea

ſtea tamen quod creſcente inuerecũda malitia, indifferenter & ſine vllo reſpectu nec vlla petita venia ad quoſuis iudices à ſæcularibus raperentur clerici, conſtituit Fridericus Imp. cõtra laicos ſæculares inhabiles eſſe tum in perſonalibus tum realibus ad iudicandos clericos l. ſtatuimus C. de epiſcop. audien. quia vt dicitur can. 5. 2. q. 7. eiuſdem non ſunt conuerſationis, quippe cum vita eorum & conuerſatio debeat eſſe ſecreta, & ab actibus laicorum remota; quod ſi plenam iuſtitiam laicis noluerint exhibere Ecclesiaſtici iudices, poſſe Eccleſiaſticos ad ſęcularem iudicem vocari aduertit Cuia. ex ca. 17. extra de Iudicijs quod an verum ſit, ipſe viderit, pernitioſam eſſe eam opinationem & turbandarum iuriſdictionum amatoribus fauere non dubito, itaque eam reijcio, nec tanti viri fœtum exiſtimo.

*

CA-

Digitized by Google

CAPVT IX.

AN DETVR SPOLIATO INterdictum de Vi contra tertium poſſeſſorem.

SVnt qui putent apud Cuiacium in cap. 18. extra de reſtit. ſpoliat. eius capituli diſpoſitionem referēdam eſſe ad deciſionem can. *redintegranda* 3.q. 1. ego vero exiſtimo recte accommodari poſſe in fauorem d. c. 18. & l. 7. ff. de vi & vi armata (quæ in hac re difficultatem faciunt) quod ait gloſ. & laudat Cuiacius in l. 9. C. de adqui poſſ. horum Iurium diſpoſitiones diuerſas eſſe non contrarias, contraria enim ſe mutuo impugnant & expugnant, diuerſa diſtinctam habent rationem. Paulus ait, *Cum à te vi deiectus ſum, ſi Titius eandem rem poſſidere cœperit, non poſſum cum alio quam tecum interdicto experiri:* Alexander ait, *ſancimus vt ſi quis de cætero ſcienter rem talem recœperit, cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium, eo quod non multum interſit quoad periculum animæ, iniuſte detinere ac inuadere alienum, contra poſſeſſorem huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur;* quid ſi bona

na fide hic tertius poſſideat? de hoc non loquitur Pontifex, ergo quod indefinite poſitum erat à I. C. diſtinxit Pontifex: quid ſi Titius vi te deiectorem deiecitt mihi ex vigore Interdicti ſolummodo in te licet experiri, nam ex interdicto *Vnde vi* etiam qui non poſſidet cogitur reſtituere l.1. §.42. ff. de vi, tibi vero in illum, qui enim à me vi poſſidebas, ſi ab alio deijciaris, habes interdictum d. l. 1. §. 30. quid ſi ſoluendo non ſis? in tertiũ habebo gloſſ. in d. l. 7. v. *poſſum* & facit l. 12. ff. de furtis, licet enim fullo qui curanda poliendaue veſtimenta accepit, ſemper agat, tamen ſi ſoluendo non ſit, ad dominum actio redit, & puto hoc in caſu proprie tantum loqui Pontificem, ſi enim primus deiector ſoluendo eſt cur ſpoliatus proprietatis amittet effectum, cum beneficium Interdicti aduerſus eum habet ac ſi poſſideret? Itaque ea mihi tandem animo inſedit ſententia, vt credam reſtitutionẽ fieri ex hoc capitulo nõ tam ex Interdi-

cto

Digitized by Google

cto *vnde vi* quam propria actione *ex canone* quia intereſt Iudicis Eccleſiaſtici animas non perire; eandem rationem in ſimili adferunt PP. in materia præſcriptionum: quamuis quidē non negandum omnino putem actionem ex parte ſpoliati, ſpeciem præ ſe ferre eius actionis quę eſt ex interdicto *Vnde vi* eo ſcilicet prætextu quod is tertius poſſeſſor ſimilis habeatur rati habenti, quæ ratio non erit incongrua ſi nullum ſpoliatus habeat regreſſum contra ſpoliantem vel quia ſoluendo non eſt, vel quia ab alio deiectus eſt.

CAPVT X.

LICEATNE APPELLARE ante ſententiam diffinitiuam.

VEre affirmatur per cap. 7. & 12. extra de appell. ſed repugnare videtur l. 7. C. quorum appel. non recip. Id præciſe intendunt Iudicia ciuilia vt æqualitas ſeruetur in ipſis vel perſonis vel rebus ſecundum Iuſtitiæ diſtinctionem, quam tradit & explicat Ariſtoteles lib. 5. Ethic. Criminalia

 vero

Digitized by Google

vero vt vitia corrigantur, tum vt is emendetur qui punitur tum vt reliqui in rep. ciues exemplum habeant cur ſibi etiam pœnarum metu à vitijs abſtinendum ſibi cenſeant, fieri enim poteſt, vt quia publicum eſt crimen, ortum ſit ſcandalum, fieri quoque poteſt, vt etſi publicum ſit, non ita tamẽ, vt ſcandalum inde ortum poſſit dici, quod valde Iudicibus conſiderandum eſt, vt vbi malum contigit, ibi quoque moriatur can. 19. 2. q. 1. reddaturue ſententia charitatiua can. 13. d. q. quid autem charitati magis proprium, quã velle bonum proximo? bonum eſt recta emendatio. quid charitati conformius quam velle plenam reip. fœlicitatem? plena & perfecta eſt fœlicitas, Virtutum in rep. dominatio, vitiorũq; proſcriptio: hi omnino Iudicantium fines. Verum & qui iudicant homines ſunt, æquum ergo humani vt nihil à ſe alienum putent, humanum eſt labi, humanum eſt pluſculum nonnunquã vel odio tribuere vel amori, itaq; quo
hæc

Digitized by Google

hæc coerceantur Appellandi vſus ſumme neceſſarius eſt, quippe cũ iniquitatem iudicantium vel imperitiam corrigat, licet nonnunquam bene latas ſententias in peius reformet qui appellatur, neque enim vtiq; melius pronuntiat qui nouiſſimam ſententiam laturus eſt l. 1. ff. de appell. verum id præter intentionem legiſlatorum qui Iuris obtinendi cauſa non iniuriæ patiendæ cunctis prouocationẽ conceſſerunt ab iniuriis & ſuſpectis iudicibus, tum in capitali ſupplicio tũ fortunarũ diſpendio, modo ante ſententiam profeſſus quis non fuerit ſe à iudice non prouocaturũ, hic enim indubitate prouocandi perdidit auxiliũ l. 1. ff. quibus appell. non licet; modo etiam ipſe qui decernit princeps non ſit, à quo appellare fas non eſt, cum ipſe ſit qui prouocatur; modo ita à principe datus non ſit vt ab eo non liceat prouocare d. l. 1. his igitur exceptis ab omnibus Iudicibus licet appellare & ab omnibus grauaminibus; an-

tè vel ipſa ſententia illatis? id vero in quæſtione eſt. Si manifeſta appareat inſcitia vel iniquitas Iudicis quam finito iudicio emẽdare nequimus, credo per legislatores ciuiles non ſtabit quin & ante ſententiam prouocatio admittatur, prouocatio inquam non calumnioſa non fruſtratoria hanc enim admittere pernicioſiſſimum foret reip. quippe qua licentia lites facillime in infinitum extenderentur l. 4. ff. de appel. l. 14. ff. de Iudiciis & ad hunc ſenſum cito d. l. 7. vt ſatis declarat l. 2. C. de epiſcop. aud. quæ eſt eorundem Impp. facit pro ea ſententia l. 5. C. quorum appellat. Cum quibus mire conuenit d. cap. 59. & quod adfert Gratianus 2. q. 6. can. 25. quem citat ex codice Theodoſiano, verum eſt tantũ interpretatio Alarici in receptã ſententiam Iulij Pauli libr. 5. titul. 37. *Moratorias*, inquit, *appellationes, & eas quæ ab executoribus & confeſſis fiunt recipi non placuit*, ex quo iuncta gloſſa colligere licet iure ciuili nõ omnẽ omnino prouoca-

tionem

tionẽ prohibitam fuiſſe ante ſententiam definitiuam, ſed moratoriam ſolam, ac proinde vbi moratoria non eſſet, permiſſam fuiſſe, cuius ſententiæ fuiſſe Eccleſiæ præſules colligo ex eo quod hæc interpretatio non ex mente ſolum Alarici ſed etiam ſit Epiſcoporum vt ipſe fatetur in præfatione ſe in collectione legum & interpretatione, Epiſcoporum præcipue opera vſum fuiſſe, quod vero in poſteriori parte eius interpretationis eſt de confeſſis idem de manifeſte conuictis aſſeritur l. 2. C. quorum appellat. non recip. Nunc ad cap. 7. & 12. reſpondeamus, in quo Pontifex non obſcure indicat hac in re diſcrepare canones à ciuili Iure; Verum enim vero ijs ca. 7. verbis vel maxime moueor vt exiſtimem contrarium: Certum eſt licuiſſe ab interlocutorijs appellare iuſta de cauſa l. 5. C. quorum appel. fateor non ab omnibus determinatum fuiſſe licere, ſed tantum à quibuſdam, verum nõ bene inferunt gloſſat. l. 2. ff. de appell.

Digitized by Google

recip. ideo de ijs tantum licere, immo eſt contra illos illorum commune argumentum quo plurimum ſua fundãt Quæcunque Iure non prohibentur, ſi ex ſe mala non ſint, tactu licita eſſe cenſenda, addam ego alterum, omniũ caſuum cum legislator meminiſſe nõ poſſit bonam eſſe occaſionem vel Iudici vel I. C. conſtituta ad vlteriores transferre ſimileſque fines, quod factũ hic eſſe arbitratur Cuiacius d. c. 12. *Videntur*, inquit, *Pontifices ex tot exceptionibus Iuris ciuilis quas recenſui ante, feciſſe nouam regulam, quæ abſorberet veterem regulam iuris ciuilis, conſumunt ſæpe exceptiones regulas & ſubuertunt, paulatim exceptiones plures coaceruandæ abeunt in regulam:* hoc eſt igitur quod ait Alexander de conſuetudine Eccleſiæ huiuſmodi appellationes tenere, etſi de rigore Iuris non credat; quid eſt rigor Iuris? Ius ſummum, inquit Cuiacius ad l. 1. ff. de Iuſt. & Iu. ius autem ſummum inquit alter ſumma iniuria; ideo ſcilicet quod intra terminos ſcriptos conſtitutum, non quid æquitas ſuadeat, ſed quid lex ſcripta doceat

doceat, I.C. ſequi neceſſe habeat. Si igitur legibus quod ſcriptum eſt ſequimur, fateor, verum eſt, longiores præberi appellandi à canonibus habenas quam à Ciuili conſtitutione, cuius ſi mentem (vt in omnibus neceſſe eſt) ſequimur, eundem vtriuſque diſcurrendi campum Iuris ſtudioſis datum euidentiſſimum eſt. Sed vehementer ſuperioribus obſtat. l. penult. C. quorum appel. quæ eſt generalis: ſcis qui ſint diſcuſſores? Rationum tam fiſcalium ab alijs tractatarum quam publicarum cognitores diſceptatores l. *cum poſt* C. de appel. l. vlt. C. libr. 10. de diſcuſſoribus l. vn. C. de ratiocinijs ope. publ. De cauſis igitur fiſcalibus & operum publicorum inſpectione loquitur tantum, non eſt igitur generalis, immo ad horum Capp. materiam nihil pertinens.

*

Digitized by Google

CAPVT XI.

AN ITA REQVIRANTVR ſeptem teſtes in pagano teſtamento Iure Ciuili vt horum defectu inualidum ſit teſtamentum?

IN teſtamentis quoad ſolemnia, non tantum Ius ciuile Romanorum, ſed cuiuſq; terræ ſpecialia priuilegia ſpectanda ſunt l. 9. C. de teſtam. priuilegia autem dico priuatas à Romano iure leges vel à Principe vel à More, principe ſciente & conſentiente, ſtatutas; ſic conſuetudo quęuis Iuri communi contraria priuilegium eſt, nam lex etſi non vſu quodammodo amiſerit, perempta tamen omnino non eſt niſi eam cōſenſu & auctoritate ſaltem interpretatis peremerit ſupremus princeps nouel. 89. cap. vlt. vt ſic non obſtante Iuris ciuilis diſpoſitione etiam à Iure communi habeantur rata priuilegia l. 16. ff. de ll. mores igitur ritusq́; condendorum teſtamentorum etſi teſtium numerum, aliasque ex requiſitis ſolemnitates non obſeruent, non

non dicenda erunt ideo huiuſmodi teſtamenta contra Ius ciuile omnino eſſe diſpoſita, vel iure ciuili irrita & nulla, quod inſinuat Cuiacius in recit. ſolemni ad C. de teſtam. vbi & illud recenſet ne quidem olim in Imperio Rom. græco obſeruatum fuiſſe teſtiũ numerum, vt docent gloſſographi græci ad l. 2. ff. vnde liberi, & certe ſi conſideramus cur teſtamentis condẽdis adhibeantur teſtes, vix eſt vt mihi perſuadeam, eum numerum ita Iure ciuili requiſitum fuiſſe, vt ex eo omnino valor teſtamentorum neceſſario dependeret, ſi enim hoc verum; cur teſtamentum apud Acta factum ei neceſſitati non eſt ſubiectum? cur teſtamentum Principi oblatum præter principem teſtes ad ſui valorem non requirit? l. vlt. C. de teſtam. ſupplet igitur certa & omnibus indubitata fides perſonæ omnium teſtium numerum: volumus Parocho fideliorem? cuius fidei ſi animas noſtras committimus, quantum eſt ſi vltimæ voluntatis tabulas?

Digitized by Google

bulas ? Omnino hæc canonici Iuris diſpoſitio quæ eſt in cap. 10. extra de teſtam. ſi non verbis Iuris ciuilis expreſſa, certe menti prorſus congrua, quam conſentiente pœne toto orbe, in hoc quidem Belgico à Sereniſſimis noſtris principibus Alberto & Iſabella edicto perpetuo ſtabilitã pro ciuili diſpoſitione ſuſcipimus. Sed eſto non ſuſcipiant alii, an ideo nec pontificii in temporalibus ſubditi? hoc eſt quod fert ægre Alexander III. etenim cum in condendis teſtamentis mores ſint ſequendi regionum, ac multo magis Iuriſdictionum, ſitque mos & conſuetudo generalis Eccleſiæ præſente Parocho aliiſque tribus vel duabus idoneis perſonis vltimas tabulas conficere, inique pontificis ſubiecti Hoſtienſes etiam in temporalibus Iure ciuili abutebantur conſuetudinem prætendentes, quam corruptelam potius dicendam eſſe liquet, vnde mandat Põtifex vt ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem generalem iudicetur, generaliter

ter enim verum eſt, *de quibus cauſis ſcriptis legibus non vtimur, id cuſtodiri oportere, quod moribus & conſuetudine inductum eſt*. l. 32. ff. de ll. ſcriptis inquam legibus non Romanorum generalibus, ſed municipalibus, ſolebant enim olim prouincialibus leges dari ab his qui Imperium habebant à Populo Romano, dandarumq; à Senatu legum auctoritatem, quas in Municipalium numerum referri tradit Briſſonius lib. de verb. ſignif. 10. verb. *Lex municipalis*.

CAPVT XII.

POSSITNE DICI TESTATVS decedere qui in alterius voluntate reliquit teſtamenti diſpoſitionem?

ID vt certum ſupponunt aliqui ob cap. 13. extra de teſtam. quod Iuri ciuili non probari aliis certiſſimum videtur l. 52. ff. de condit. & demonſtrat. & rationi prorſus conuenit & naturæ teſtamentorum, non inepte enim accommodari poteſt ad heredis inſtitutionem quod de educanda prole tradit Ariſtoteles lib. 2. œcum. cum non minus hac, quam prolis eleuatione homi-

Digitized by Google

hominum conditio mortalis per ſucceſſionem ſempiternitatem acquirat, immo magis, quod, (vt recte apud Tacitum Galla) generari & naſci fortuitum ſit nec æſtimetur vltra, adoptandi iudicium vero integrum, & ſi velis eligere conſenſu monſtretur quis dignus maxime qui demortui nomen ſuſtinere debeat, quæ vel vna ratio ſufficiat, vt magna cura & ſollicitudine teſtator circumſpiciat quem in ſuum locum conſtituat, nec id alterius voluntati committere poſſit Inſtitutio enim ſine electione non eſt, electio vero actus eſt voluntatis propriæ quæ eſſe non poſſunt in alterius collata voluntatem ſic enim non morientis eſſet vel electio heredis vel voluntas, ſed alterius tertii; hoc prorſus ineptum & Iure fieri nullo modo poteſt tamen ſic fieri poteſt inſtitutio vt conditio adijciatur poteſtatiua; Inſtituit heredẽ Mæuius, adijcit clauſulam alterius voluntati ſubditam, vt Heredem Titiũ nuncupat Mæuius, ſi Caius in Capitolium

tolium aſcendat, quæro valeatne inſtitutio? nec certe video cur valere nõ oporteat, cum factæ inſtitutioni ſuperueniat conditio, etſi effectum non ſortiatur niſi ea adimpleta; plane hoc non eſt in alterius voluntatem tranſmittere ſui teſtamenti factionem, nã vti notat Duarenus tit. de condit. Inſtit. cap. 4. etiam nolente Caio ſempronius erit effectu heres, modo in Capitolium aſcendat. Hunc ſenſum ſi d.cap.13. daremus, nihil Iuri ciuili detraheremus, ſed melius eſt, dicamus huius decretalis ſenſum eſſe quem ipſa verba latine intelligẽtibus intimãt, nimirum heredis inſtitutionem, legati dationem committere vni tertio vt executioni mandet, hoc eſt enim diſponere, quid enim ſi ab amico diſtribuenda moriturus relinquat certis & determinatis perſonis centum iure legati vel quadrantem bonorum Iure hereditatis relicta, quid inquam huic amico committit? vtique cum hic Iuſtitię diſtributiuæ functurus ſit munere,

re,

re, manifeſtum eſt primo electionem facturum eſſe perſonarum ſecundum merita, deinde diſpoſiturum diuiſurumq́; relicta, Itaque diſponendo diuidendoq́; quę reliquit teſtator vel legatarijs vel heredibus in partes vel æquales vel inæquales, conferendoque cuique ſecundum merita quia ita voluit teſtator, dicitur diſpoſuiſſe defuncti voluntatem, quid hoc aliud quam executioni mandaſſe? Hunc teſtandi modum nullus oſtendet Iuris Ciuilis auctoribus eſſe improbatum.

CAPVT XIII.

POSSITNE SIMVL DEDVCI quarta legitima, & quarta vel falcidia vel Trebellianica.

POſſe ex Canonibus euidens eſt ex ca. 16. & 18. extra de teſtam. legibus tamen non probari creditur communiter ob l. *iubemus* C. ad S. C. Trebell. & l. 24. C. fam. erciſc. *Patrem* ait Ariſtoteles li. 2. magnorum moralium ca. 12. *ſemper magis quoquo modo ſatagere, ob hoc quod factio eius ſit filij, omnes ſiquidem erga quod ipſi effece-*

efficerunt, ſunt quodammodo beneuoli: vnde vel maxime eum vult viuere, viuenti alimenta quærere, quæſita dare, ſi enim eſt Iuris naturę Procreatio Inſtit. de Iure Nat. erit non minus Educatio, fruſtra enim in procreationem proni, ſi ab educatione alieni, cur enim illa? *Eius*, inquit Ariſt. lib. Oecon. 1. cap. 3. *diligentiæ quæ eſt circa homines, primæ ſunt partes circa vxorem, ſocietas enim eſt maxime ſecundum naturam mari & fœminæ, deſiderante Natura multa efficere talia,* quid ita? *vt quod ſecundum numerum non poteſt, ſaltem ſecundum ſpeciem ex mortali ſempiternum faciat.* Sic Iuſtinianus Inſtit. de Iure Nat. *hinc deſcendit,* inquit: *maris & fœminæ coniunctio quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio hinc educatio:* quapropter ex Naturæ noſtræ imperio omne ſtudium eſt adhibendum pro liberis vt recte docet Ariſtoteles libr. 2. Verum vt aliqua certitudo & determinatio eſſet, vox enim illa Naturæ niſi certæ applicetur quantitati, anxietates generat bonis, malis interpretationis peruerſitatem non aufert, vt inquam eſſet in alimentis

tis dandis certitudo, Ius ciuile legitimam induxit quæ & debitum naturæ exſoluat & paternam erga liberos amicitiam denotet. Ergo quarta hæc omnino à Falcidia & Trebellianica diſtinguitur, illa portio eſt eius quod *ab Inteſtato* ad liberos deueniſſet ſiue lege Glicia, ſiue qua alia, ſiue conſtitutionibus definita, Briſſonius lib. 10. de verb. ſignif. verb. *Legitimum* Falcidia ea portio quæ debetur ex eo vt pœnes heredem ſit remaneatue aliquid præter nullum heredis nomen, ſi forte teſtator non delibaſſet tantum hereditatem legatis, ſed etiam exhauſiſſet, quare Falcidia non tam heredum quam teſtatorum gratia inducta fuit, *quod plerumq; inteſtati morerentur recuſantibus ſcriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire.* Inſtit. de lege Falcid. Eadem introducendæ Trebellianicæ quartæ ratio, Falcidia legatis modum inuenit, Trebellianica fideicommiſſis, Legitima paternæ voluntati. quam hæc inter ſe diuerſa? ſed vt cominus

rem

rem agamus, dico Iure Ciuili cum Trebellianica vel Falcidia legitimã deduci non prohiberi, nec ad rem quidquam faciunt quæ adferuntur, aliud eſt duas quartas detrahere ex bonis defuncti, aliud ex hereditate, ex hereditate duas non poſſum⁹ deducere, hoc recte probant ex dictis Iuribus aduerſarii, ex bonis defuncti deduci poſſunt, hoc non negant dicta Iura, quod bene aduertit Rolandus à Valle apud Gottofredum in d.l.6. nec putes me in terminis ludere, etenim nunquam æſtimatur hereditas, niſi omni deducto ære alieno, omni debito ſiue eo naturali, ſiue ciuili: his tamen etiam nondum deductis bona dicũtur defuncti derelicta, vel maxime quod eũ ita beent vt poſſit omnibus debitis per hæredem ſatisfacere, tam eis, quæ à ſe relinquit, quã quæ ab ipſo herede, & ipſi heredi ſiue quia heres eſt ſiue quia conſanguineus: ſed dices quod per vnã viã habet, denuo habere nõ debet per aliã; ſed dico, non debet beneficiũ Inſtitutionis eſſe veneficiũ filij, ita accedat Inſtitutionis honos vt filialia

Digitized by Google

non interminantur iura. Viderit ergo Donellus lib. 7. de Iure ciuili c. 30. quãtum ea valeat obiectio, recte quidem à noſtris auctoribus eſt dictum quod vno modo prohibetur, alio habere non oportet, ſed hoc ad præſentem materiam male aptatur.

CAPVT XIV.

AN SATISFACERE TENEANtur heredes pro delicto defuncti.

ID quidem ca. vlt. extra de ſepult. expreſſum eſt, à quo tamen putãtur Iuris ciuilis auctores diſcedere, nemo .n. ex delicto defuncti tenetur niſi in quãtum ad eum peruenit, vel ſi lis conteſtata ſit, & recte quidem, Verum etſi non detur actio ex delicto defuncti proueniens, quæ ſit vel re vel nomine famoſa licet rem tuam proſequaris, niſi in quãtum ad eum peruenit, rem tamen tuã ſi redhiberi volueris, actione nullo titulo infama agere non prohiberis nec reſiſtent perſequenti leges, nullum enim heredes grauamen, nullam, quouis nomine cenſeatur, patiuntur; imo iuuabunt perſequentem leges, iniquũ enim fuerit ditatos ipſos manere bonis eius

qui

Digitized by Google

qui damnum tibi intulit, tum vel maximè, quod delinquendo tecum quodãmodo contraxerit vt tradit Iuſtinianus Inſtit. de furto & eleganter notat Ariſt. li. 5. Eth. Infamiam ſolum arcent ab herede leges, infamari nolunt heredẽ Canones, fruſtra enim famam eius ſuggillari videre quicunque famoſa actione rem tuam ageres vt recte notarunt græci in lib. 60. Baſilicon tit. 17. illeq; pœnã ſuſtineret non quidem defuncto teſtatori debitam ſed ſibi heredi, pœnam autem nullus debet, niſi eius damnas factus, ſaltem ordinarie, idque ob delictum, delictum autem nullum habet heres, inique igitur intentatam ſuſtineret actionem, fore autem pœnam clarum eſt quod ea ſit quidquid extra rei perſequutionem eſt.

CAPVT XV.

AN PRÆTER CONTRAHENtium filiorum conſenſum, etiam patris requiratur & de clandeſtinis nuptijs an valeant?

Non licere filio familias contrahere nuptias abſque conſenſu parentum oſtendunt facile I. C. & l. 2. ff. de ritu nupt. Inſtit. eodẽ in Princip. & quod

non interminantur iura. Viderit ergo Donellus lib. 7. de Iure ciuili c. 30. quãtum ea valeat obiectio, recte quidem à noſtris auctoribus eſt dictum quod vno modo prohibetur, alio habere non oportet, ſed hoc ad præſentem materiam male aptatur.

CAPVT XIV.

AN SATISFACERE TENEANtur heredes pro delicto defuncti.

ID quidem ca. vlt. extra de ſepult. expreſſum eſt, à quo tamen putãtur Iuris ciuilis auctores diſcedere, nemo .n. ex delicto defuncti tenetur niſi in quãtum ad eum peruenit, vel ſi lis conteſtata ſit, & recte quidem, Verum etſi non detur actio ex delicto defuncti proueniens, quæ ſit vel re vel nomine famoſa licet rem tuam proſequaris, niſi in quãtum ad eum peruenit, rem tamen tuã ſi redhiberi volueris, actione nullo titulo infama agere non prohiberis nec reſiſtent perſequenti leges, nullum enim heredes grauamen, nullam, quouis nomine cenſeatur, patiuntur; imo iuuabunt perſequentem leges, iniquũ enim fuerit ditatos ipſos manere bonis eius

qui

qui damnum tibi intulit, tum vel maxime, quod delinquendo tecum quodãmodo contraxerit vt tradit Iuſtinianus Inſtit. de furto & eleganter notat Ariſt. li. 5. Eth. Infamiam ſolum arcent ab herede leges, infamari nolunt heredẽ Canones, fruſtra enim famam eius ſuggillari videre quicunque famoſa actione rem tuam ageres vt recte notarunt græci in lib. 60. Baſilicon tit. 17. illeq́; pœnã ſuſtineret non quidem defuncto teſtatori debitam ſed ſibi heredi, pœnam autem nullus debet, niſi eius damnas factus, ſaltem ordinarie, idque ob delictum, delictum autem nullum habet heres, inique igitur intentatam ſuſtineret actionem, fore autem pœnam clarum eſt quod ea ſit quidquid extra rei perſequutionem eſt.

CAPVT XV.

AN PRÆTER CONTRAHENtium filiorum conſenſum, etiam patris requiratur & de clandeſtinis nuptijs an valeant?

Non licere filio familias contrahere nuptias abſque conſenſu parentum oſtendunt facile I.C. & l. 2. ff. de ritu nupt. Inſtit. eodẽ in Princip. & quod

non interminantur iura. Viderit ergo Donellus lib. 7.de Iure ciuili c.30. quãtum ea valeat obiectio, recte quidem à noſtris auctoribus eſt dictum quod vno modo prohibetur, alio habere non oportet, ſed hoc ad præſentem materiam male aptatur.

CAPVT XIV.

AN SATISFACERE TENEANtur heredes pro delicto defuncti.

ID quidem ca.vlt. extra de ſepult.expreſſum eſt, à quo tamen putãtur Iuris ciuilis auctores diſcedere, nemo .n. ex delicto defuncti tenetur niſi in quãtum ad eum peruenit, vel ſi lis conteſtata ſit, & recte quidem, Verum etſi non detur actio ex delicto defuncti prouenienſ, quæ ſit vel re vel nomine famoſa licet rem tuam proſequaris, niſi in quãtum ad eum peruenit, rem tamen tuã ſi redhiberi volueris, actione nullo titulo infama agere non prohiberis nec reſiſtent perſequenti leges, nullum enim heredes grauamen, nullam, quouis nomine cenſeatur, patiuntur; imo iuuabunt perſequentem leges, iniquũ enim fuerit ditatos ipſos manere bonis eius

qui

Digitized by Google

qui damnum tibi intulit, tum vel maxime, quod delinquendo tecum quodãmodo contraxerit vt tradit Iuſtinianus Inſtit. de furto & eleganter notat Ariſt. li. 5. Eth. Infamiam ſolum arcent ab herede leges, infamari nolunt heredẽ Canones, fruſtra enim famam eius ſuggillari videre quicunque famoſa actione rem tuam ageres vt recte notarunt grę-ci in lib. 60. Baſilicon tit. 17. illeq; pœnã ſuſtineret non quidem defuncto teſtatori debitam ſed ſibi heredi, pœnam autem nullus debet, niſi eius damnas factus, ſaltem ordinarie, idque ob delictum, delictum autem nullum habet heres, inique igitur intentatam ſuſtineret actionem, fore autem pœnam clarum eſt quod ea ſit quidquid extra rei perſequutionem eſt.

CAPVT XV.

AN PRÆTER CONTRAHENtium filiorum conſenſum, etiam patris requiratur & de clandeſtinis nuptijs an valeant?

Non licere filio familias contrahere nuptias abſque conſenſu parentum oſtendunt facile I.C. & l. 2. ff. de ritu nupt. Inſtit. eodẽ in Princip. & quod

non interminantur iura. Viderit ergo Donellus lib. 7. de Iure ciuili c. 30. quãtum ea valeat obiectio, recte quidem à noſtris auctoribus eſt dictum quod vno modo prohibetur, alio habere non oportet, ſed hoc ad præſentem materiam male aptatur.

CAPVT XIV.

AN SATISFACERE TENEANtur heredes pro delicto defuncti.

ID quidem ca. vlt. extra de ſepult. expreſſum eſt, à quo tamen putãtur Iuris ciuilis auctores diſcedere, nemo .n. ex delicto defuncti tenetur niſi in quãtum ad eum peruenit, vel ſi lis conteſtata ſit, & recte quidem, Verum etſi non detur actio ex delicto defuncti proueniens, quæ ſit vel re vel nomine famoſa licet rem tuam proſequaris, niſi in quãtum ad eum peruenit, rem tamen tuã ſi redhiberi volueris, actione nullo titulo infama agere non prohiberis nec reſiſtent perſequenti leges, nullum enim heredes grauamen, nullam, quouis nomine cenſeatur, patiuntur; imo iuuabunt perſequentem leges, iniquũ enim fuerit ditatos ipſos manere bonis eius

qui

qui damnum tibi intulit, tum vel maxime, quod delinquendo tecum quodãmodo contraxerit vt tradit Iuſtinianus Inſtit. de furto & eleganter notat Ariſt. li. 5. Eth. Infamiam ſolum arcent ab herede leges, infamari nolunt heredẽ Canones, fruſtra enim famam eius ſuggillari videre quicunque famoſa actione rem tuam ageres vt recte notarunt græci in lib. 60. Baſilicon tit. 17. illeq; pœnã ſuſtineret non quidem defuncto teſtatori debitam ſed ſibi heredi, pœnam autem nullus debet, niſi eius damnas factus, ſaltem ordinarie, idque ob delictum, delictum autem nullum habet heres, inique igitur intentatam ſuſtineret actionem, fore autem pœnam clarum eſt quod ea ſit quidquid extra rei perſequutionem eſt.

CAPVT XV.

AN PRÆTER CONTRAHENtium filiorum conſenſum, etiam patris requiratur & de clandeſtinis nuptijs an valeant?

Non licere filio familias contrahere nuptias abſque conſenſu parentum oſtendunt facile I.C. & l. 2. ff. de ritu nupt. Inſtit. eodẽ in Princip. & quod

qui damnum tibi intulit, tum vel maxime, quod delinquendo tecum quodãmodo contraxerit vt tradit Iuſtinianus Inſtit. de furto & eleganter notat Ariſt. li. 5. Eth. Infamiam ſolum arcent ab herede leges, infamari nolunt heredẽ Canones, fruſtra enim famam eius ſuggillari videre quicunque famoſa actione rem tuam ageres vt recte notarunt græci in lib. 60. Baſilicon tit. 17. illeq; pœnã ſuſtineret non quidem defuncto teſtatori debitam ſed ſibi heredi, pœnam autem nullus debet, niſi eius damnas factus, ſaltem ordinarie, idque ob delictum, delictum autem nullum habet heres, inique igitur intentatam ſuſtineret actionem, fore autem pœnam clarum eſt quod ea ſit quidquid extra rei perſequutionem eſt.

CAPVT XV.

AN PRÆTER CONTRAHENtium filiorum conſenſum, etiam patris requiratur & de clandeſtinis nuptijs an valeant?

Non licere filio familias contrahere nuptias abſque conſenſu parentum oſtendunt facile I.C. & l. 2. ff. de ritu nupt. Inſtit. eodẽ in Princip. & quod

magis id omnino docent ex can. 1. & 4. 30. q. 5. & can. 13. 32. q. 2. Sed ſtatim ipſis difficultatem mouet Nicolaus Papa in can. 2 27. q. 2. *Sufficit*, inquit ille, *ſecundũ leges ſolus eorũ conſenſus de quorum coniunctione agitur.* Non poſſum infitiari hinc recte ſequi huiuſmodi matrimonium eſſe verũ matrimonium ſi conſentiant contrahentes, quia omnino requiritur eorum cõſenſus, adeo vt in nuptiis ſolus forte defuerit, cœtera omnia irritentur etiam cum ipſo coitu celebrata, nego tamen ex hoc non requiri conſenſum parentum, vt licite prædictus conſenſus celebretur, hoc expreſſe nuper docuerunt PP. apud Tridentum congregati ſeſſ. 24. de refor. matrim. ca. 1. immo de hoc Nicolai tempore nulla cõtrouerſia, ſed controuerſia erat inter Bulgaros vtrum variæ ſolemnitates variaq; nuptiarum pronubia ita obſeruari] deberent, vt ſi non obſeruarẽtur, fieret peccatũ quod volebant Greci legum ciuilium quarũdam falſi auctoritate, ſuper hoc conſultabant Bulgari Nicolaum Papam, quibus reſpondit, quod non committatur pec-

peccatum per eorum omiſſionem, *quod tanta ſoleat arctare quoſdam rerum inopia, vt ad hæc præparanda nullum his ſuffragetur auxilium.* & continuo ſubdit verba quæ ſupra retulimus, vt hinc apertiſſime pateat per ly *ſolus* voluiſſe tantum excludere externas iſtas pompas, quæ ſine pecuniis fieri nequeunt; an vero pecuniis opus vt habeatur parentum conſenſus? Aliã adhibet ſolutionem Duaren⁹ ff. ſolut. matrim. tit. de nuptiis numero ſiue capite 2. quod dicat Pontifex quod ſolus ſufficiat cõſenſus, non vero ſolũ, priori enim modo loquendi non excludit parentum conſenſum, excludit poſteriori: atque eodem prorſus modo reſpondẽdum eſt ad c. 23. extra de ſponſal. idẽ eſt modus loquendi, cui adde quod ibi ſolum quærebatur vtrũ mutus & ſurdus poſſent contrahere ſponſalia, nõ an requireretur præter conſenſum contrahentium etiam conſenſus parentũ, vnde reſpondet Pontifex, poſſe, quia non prohibetur, tum quod iis naturæ vitiis non obſtantibus poſſit dare cõſenſum vt contractus fiat, quaſi dicere voluiſſet

non requiri ad eũ contractum verba & mutuas interrogandi reſpondiue formulas. Quod vero ſibi obiicit. d. loco Duarenus ex c. *cum eum* extra de raptor. adeo leue eſt vt inſpectore & lectore ſolum indigeat, ſed eo nimirum qui integrum ipſum caput legat vt eſt expreſſũ in Lateranenſi ſub Alexand. III. parte 50. c. 24. *Cum cauſam* ſcribit Lucius Papa III. Nebeberen. Epiſcopo, *quæ eſt inter E militem & vxorem eius, tuæ commiſiſſemus experientiæ terminandam, miles repetens mulierem, legitime ſibi nupſiſſe per probationes canonicas ſe conſtanter aſſeruit probaturum, fœmina vero propoſuit, quod dominorum & parentum ſuorum ſuggeſtione, alteri viro tradita ab illius militis amore diuertit, qui à parentibus eam prius rapuerat, illa tamen volente, vt dicitur, & poſtmodum priuſquã eam cognoſceret, deſponſauit, deinde incluſa eſt in monaſterio monialiũ, vbi & detinetur, vnde quoniam ſuper his* & quæ ſequuntur in textu decretalis; ex quibus colligo, hoc tantũ eſſe actum, vt quæreretur vtrum qui ſibi matrimonio iunctam è monaſterio rapuiſſet, retinere poſſet, cogereturq; ipſa ei cohabitare, deinde vtrum ea rapta dicenda eſſet, quæ inuitis parẽtibus abducta

ducta fuiſſet, nam quod dicitur *Etſi forsã reclamarent parẽtes*, diſſenſum aliquem denotat; Priori quæſtioni reſpõdet debere cohabitare mulierẽ viro ſuo, ſecũdæ vero, nõ cenſeri raptam; quæ hic de cõſenſu parentum quæſtio? nulla eſt omnino, neq; enim quærebatur, vtrum ob defectum conſenſus parentũ poſſet ſic ſeparata manere à marito, ſed vtrũ poſt perfectum matrimon. poſſet eo inuito vouere continẽtiam. Immotum igitur adhuc manet vt in domino nuberent filius filiaue familias neceſſe fuiſſe olim vt conſenſum patris haberent, pactaſq; quod amplius eſt, in Eccleſia profiterẽtur nuptias, neutrum legibus Romanis ignotum, vtrumq; canonicis ſtatutum regulis, ſic olim Euariſtus Papa epiſt. 2. ſic Ignatius ad Policarpum ſtatuit, ſic fieri retulit Tertull. li. ad vxorẽ 2. ca. vlt. vt mirum ſit quam effreni libidine quędã vtantur nationes, vt ſpurio ſpurcoq; plane modo magnum illud Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum temerent: Qui alterius in familia eſt, alterum, familiæ patre inuito, eidem incardinare poteſt?

qui omnem omnino in omnibus acti-
bus reuerẽtiam debet progenitori ſuo,
quomodo eo inſcio maximi ponderis
peraget actum? vxorem nempe ducet,
mulieri corpus ſuũ tradet cuius pœnes
alium poteſtas eſt? matrem faciet fami-
lias illius quam nõ habet? fateor, ſi pro-
craſtinet pater vel ex anguſtiis vel ex
ſcrupuloſitate, dabit, legibus ſic volẽti-
bus, veniã proli honeſtam cõditionem
quærenti; quid ſi tamẽ eo inuito nec ta-
men negligente quæſierit? non rite cõ-
tractum eſſe ex Iuribus ſupra allatis eſt
certum, contractum tamen eſſe non eſt
minus certum, peccauit contrahendo,
contractum tamen valet, D. Thom. in
4. diſt. 28. q. 1. art. 3. in corp. hinc iniuſta
vxor dicebatur hinc iniuſti liberi, non
quod ex nullo matrimonio, ſed quod
ex illo quod ſecundum ſolemnia iuris
non eſſet, quid enim ſi conſuetudinem
habuerit cum ciue Romano? de capite
pati queſtionẽ pater filium etſi ingratũ
non permittet, & vero quia talis præſu-
mitur non concubinatum huiuſmodi
ſed nuptias intelligi reſpõdit I. C. l. 24.
ff. de

ff.de ritu nupt. Sed quid ſi cum peregrina? quod ſuitatem, vt ita dicam, nō haberet, romanorum legum ſubtilitas facile nō tam nuptias poſuiſſet quā concubinatum, nec ab hoc videtur alienus Euariſtus d. epiſt. nec Baſilius ad Amphilochium can. 38. & 40. id enim omnino ciuilis poſtulat iſtic patriæ poteſtatis patrijq́; dominij in filium & proprietatis auctoritas, qua antiquata neſcio quid blateratores ex nare rodant canina hæretici Eccleſiæ dānantes ſtatuta plurimum damnandi, quibus ſtatutis apud nos certum eſt inique facere filiosfamilias (quos iam romanis emancipatis pœne in omnibus ſimiles eſſe optime docet Contius li. 1. lectio. ca. 4. & tradit D. Thom. dict. diſt. 28. ar. 3. ad 1.) quod inſciis parentibus nuptiales dotalesq́; conficiant tabulas quas ob id tamen Eccleſia non vult eſſe nullas: dic enim quęſo cur nullas eſſe vis? ob patriā poteſtatē? at hæc moribus noſtris nulla eſt: ne ſuus inuito agnoſcatur heres hęc iā niſi peritiſſimis ſcholis nota ſunt rudera Romani iuris, dic ergo eſſe in vſu.

ob patri debitam reuerentiam? lauda ſi audes hic romanas leges; minorem debebant Emancipati reuereutiam patri, minorẽ matri non emancipati? at certũ emãcipatis legitimas fuiſſe nuptias etiã inuito patre contractas, at certum eſt prætermiſſa matre ſtipulatas filio nuptias; nihil ergo quo remoremur modo etiam contrahere nuptias inuitis parẽtibus ob leges ciuiles, vtiq; quæ iã abierint quoad poteſtatẽ patriam in deſuetudinẽ & Suitatis romanæ iam ſit ignotum nomen, Reuerentia ſupereſt, quæ ſicut ad contrahẽdas nuptias patris vota requiſiuit, ſic contractas nunquã diſſoluit, id certum eſt, & docet expreſſe Paulus in li. ſent. recep. 2. tit. 19. §. 2. *Eorum*, inquit, *qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate eius matrimonia iure non contrahũtur, ſed contracta non ſoluuntur, Contẽplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum cõmodis præfertur.* De profeſſione videamus aliquid. Tancredus clandeſtinas nuptias notat in c. 3. extra de clandeſt. deſpon. dici tribus modis, quæ factæ ſunt nullis teſtibus præſentibus, vt in c. 2. d. tit. vel quæ teſtibus preſẽtibus & in Eccleſia, ſed in Eccleſia vel

dioceſi

dioeceſi aliena non ſua, vt in ca. 1. extra eod. deniq; cui nõ eſt adhibita ἱερολογύα, quas inquam Eccleſia non conciliauit. Eſſe autem antiquiſſimum Eccleſiæ ritum profitendarum ac benedicendarũ nuptiarum teſtis eſt Euariſt. Papa in citata epiſt. teſtis Tertull. in citat. ca. vlt. *Vnde ſufficiam*, inquit, *ad enarrandam fœlicitatẽ eius matrimonij quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum angeli renuntiant, pater rato habet? nam nec in terris filij ſine conſenſu patrum rite & iure nubent*; item lib. de monomachia quem etſi iam typho Montani inflatus ſcripſerit multa tamẽ Antiquitatis Chriſtianæ præclara monumenta poſteritati etiam nolens reliquit, inter cœtera & hoc eſt de matrimoniorũ poſtulatione, profeſſione, igitur ca. 11. inquit, *Vt igitur in Domino nubas ſecundum legem & apoſtolum (ſi tamen vel hoc curas) qualis es id matrimonium poſtulans, quòd eis à quibus id poſtulas, non licet habere, ab Epiſcopo monochamo, à preſbiteris & diaconis eiuſdem ſacramenti, à viduis quarum ſectam in te recuſaſti? & illi plane ſic dabunt viros & vxores quomodo buccellas, hoc. n. eſt apud ipſos omni petenti te dabis, & coniungent vos in Eccleſia virgine vnius Chriſti vnica ſponſa.* Præclariſſimum habet contra clande-

ſtinas

ſtinas nuptias lib. de pudicitia ca. 4. *Ideo pœnes nos occultæ quoque coniunctiones, id eſt, non prius apud Eccleſiam profeſſæ iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur, nec inde conſertæ obtentu matrimonij eludant.* Aduerte non ait *iuxta fornicationem iudicari*, ſed ne iudicetur periclitari, hoc eſt, in periculo eſſe ne iudicetur; cum .n. hæc profeſſio fiat, vt ſciantur nuptiæ, nullo teſte vel non ſufficiēte quomodo probabuntur hæ cõſuetudines eſſe iure mariti? quod ſi non probentur, an ſolũ quia dicunt nuptias eas eſſe credemus? nequaquã, ne intuitu matrimonii quod clã contraxerunt, vel aſſerentes vel negantes eludant, qꝫ ne accidat œcumenicũ Trid. conciliũ has clãdeſtinas omnino interdixit, adeo vt non iam periclitẽtur iudicari, ſed prorſus iudicentur iuxta mœchiam & fornicationem. Quæ cum ita ſint, vtar hic *vel dic* accurſiano in nouel. 117. Imperatorem de cæremoniis & ſolemnitatibus nec frequẽtatis nec receptis ab Eccleſia nihil agere, hoc agere tantũ vt matrimonia pateſcant, quę vt pateſcãt, modo ſtatuere quibus Eccleſiæ Moribꝰ nec voluit nec potuit derogare; quod ſi am-

amplius contendas eum voluiſſe appelleum dabo, *Ne ſutor vltra crepidam*, Matrimonium ſacramentum eſt, ſacramenta ad Eccleſiæ iuriſdictionem ſpectant nõ Imperatorum, quos tamẽ ſi calumniari nolumus, fateri debemus quamplurimũ ſecutos ſacros canones, & vide hic quoque quomodo ſequantur; Nũquid iubet Leo philoſophus & Imperator nullas fieri nuptias ſine ſacerdotali benedictione? nouel. 89. benedictione inquam ſuper publicis non clandeſtinis, hoc enim prohibitum vt habetur teſtatum in concilio Turonenſi ca. 12. verba eius recitemus, *Sacræ benedictionis teſtimonio matrimonia confirmari iubemus, adeo vt ſi qui citra hanc matrimonium ineant, id ne ab initio quidẽ ita dici, neque illos in vita illa conſuetudine matrimonij iure potiri velimus:* Concilium vero ita habet, *Quia per clãdeſtina matrimonia à SS. P P. non ſine cauſa & merito prohibita, multa mala eueniũt, prohibemus ne quis præſbiter ſæcularis aut regularis de cætero talia matrimonia celebrare, aut ſolemnizare præſumat ſub pœna excõmunicationis*, etenim vt edixit Alexius Comnemus *ſi ſpõſalia ſecundũ multorũ conſuetudinem congruenter iam contracta fuerint, & inſtrumenta iam confecta ſint, nõdum autem ſtatutum tempus quo Chriſtianis*

Digitized by Google

ſtianis debita benedictio fieri conſueuit, aduenerit, neq; ſolemnes ſuper deſponſatis preces per ſacerdotem pronuntiatæ fuerint, hæc ſponſalia quantũ ad exactam Eccleſiæ diſſertationem neq; eſſe neq; dici iuſta poſſunt, ſed tanquã hominum placita ſimpliciter per ſtipulationes firmata auctoritatem ferũt. Preces igitur ſolemnes, benedictio ſolemnis ſpõſalitiorum placita ſolẽnizat & vero veram placitorum ex mẽte PP. Tridentinorum naturã modo tribuit.

CAPVT XVI.

An ſponſalibus ſtipulatis liceat ſponſis ante biennium vota mutare.

Credunt quidam id non licere per l. 2. C. de ſponſ. alii contra licere affirmant ex c. 5. extra de ſponſa. Verum qui hanc contradictionẽ cõminiſcuntur, legis Papiæ & Iulię neſcire ſe auctoritatem profitentur, igitur ſatius fuerit cum ipſis earundem legum vim plenius conſiderare, quam ſuperfluo vbi nulla eſt diſcordia, concordiã facere, vide interim Cuiacium C. de ſponſ. circa medium: Iuſtus noſter Antiquitatis romanæ obſeruator Lipſius ad lib. 3. annal. Taciti vult ex Suetonii Auguſto c. 33. & Dioniſ. li. 54. certũ tempus ab Auguſto

ſpon-

ſponſalitiis conſtitutũ, vt ſc. minor decennio nõ deſpõderetur, ſi ſponſi vellẽt beneficio legis Iuliæ frui; Lipſio cõtradicit in hoc Cuiacius d. loco, quod ſi Tranquilli verba conſiderentur, non video qua de cauſa; ait Tranquillus, *Cum immaturitate ſponſarum vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctauit*, hoc biẽnium eſt ex l. 2. C. de ſponſa. ergo decẽnalis ætas ſponſalib. decreta, immaturitas enim ſponſarum expuncta, virgo aũt omnino acerba ante decimum annum, cui ſi duos addas ſponſalitios virago eſt & matura. idem bene ex Dione *At cum quidam*, inquit, *pueros deſponderent, & præmia nihilominus ferrent maritorum, rem oprſq; mariti non præſtarent ſtatuit nullam ſponſionem firmam eſſe, poſtquam biennio exacto nuptiæ non ſequerentur*, ſequi autem non poſſunt niſi decennem deſpondeas. Quod ad rem noſtram ſpectat, vtrũ malis elige, ſemper concludam, harum legum cõſtitutiones legem Iuliam & Papiam iam à mille annis antiquatam concernere, ꝙ Pontifices reſpondẽt, æquitatem. Satis eſt mulierem ſponſam & eam ſponſam ſolam minus biennio exſpectare,
nec

nec ei refragatur ius ciuile niſi arrhas lucrari velit vel nolit perdere, biennio enim tunc opus, & hoc ſolum volunt l. 2. C. de ſponſal. & huic ſimiles: de lucrandis vel amittēdis arrhis ne gry quidem apud Pontificem d.ca.5. quare recte ibidem Cuiacius importune ait ibi à DD. de ciuili biennio diſputari.

CAPVT XVII.

Vnde dignoſcatur pubertas.

VLpianus in fragmentis tit. de tutelis *puberem*, inquit, *Coſſiani quidem eum eſſe dicunt qui habitu corporis pubes apparet, id eſt, qui generare poteſt, Proculei autem eum qui quatuordecim annos expleuit, verum Priſcus eum puberem in quem vtrumq; concurrit & habitus corporis & numerus annorum:* alii vero non aliter ephebum pronuntiabāt niſi nudatum & in conſpectu ſuo conſtitutum vidiſſent vt tradit Quintilianus decla. 279. quod Iuſtinianus indignum caſtitate ſuorum temporum iudicās eam inſpectionem habitudinis corporis abſtulit Inſtit. quibus modis tutela. hinc quidā ex annis quatuordecim vel duodecim ſemper iudicandam aſſerunt pubertatem, non ex habitu corporis. hoc non

bene:

bene; quid enim ſi decenni iam conteſtetur ſanguinem maturitas? etiamnũ poſt hunc indicem acerba res erit? non eſt erutem, ſed ex quo ſe intelligere cęperit & cenſum naturæ ſuæ intrare & de Virginis exire, & pati nouum illud quod alterius ętatis eſt impubes eſſe nõ poteſt; tu mulierem negabis quam muliebria pati dicis? & tamen duodennis nondum eſt; idem ſentire in maſculis eſt neceſſum, pręuenit quandoque Pubertas puberem ætatem: Bene tamen Iuſtinianus pubertati ętatem dedit, bene pubertatem iudicauit etiam non ciuilem ſed naturalem: etenim vt docet Tertul. lib. de anima c. 38. *pubertatem quoque animalem cum carnali dici conuenire, paritérq; vt illam ſuggeſtum ſenſuum, & iſtum proceſſum membrorum exurgere quartodecimo fere anno, non quia Aſclepiades inde ſapientiam supputat, nec quia Iura ciuilia ab hinc agendis rebus adtemperant, ſed quod & hæc de primordio ratio eſt, ab his enim annis & ſuffuſior & veſtilior ſexus eſt, & concupiſcentia oculis arbitris vtitur, & cõmunicat placitum, & intelligit quæ ſint, & fines ſuos ad inſtar ficulneæ contagionis prurigine accingit, & hominem de paradiſo integritatis educit, exin-*

 deſca-

de ſcabida etiam in cœteras culpas & delinquendi non naturales, cum nõ iam ex inſtituto naturæ ſed ex vitio. Igitur & habitu corporis, hoc eſt, ex generationis potentia Pubertas eſt, non ex inſpectione habitudinis, neque enim inſpectio habitudinem facit, ſed eſſe iudicat, quod impudicum eſt, nec hoc vnquã voluit Iſidorus; hoc voluit tantum, eum puberem eſſe qui generationis eſſet potens, quod quo anno accideret non ſtatuit, ſtatuit Iuſtinianus, nec vllus vnquam contradixit Pontificum, ex lege enim Naturæ ſaltem ordinaria hæc pubertatis iura ętatibus reddideret, quod enim ſemel atque iterum accidit, non curant legiſlatores, quod ſi accidat non contemnunt, quare etſi quoad munia ciuilia immutabilis ſit pubertatis ætas, niſi ſit ei venia data, quoad matrimonium facile ab ea deduci nos patiemur quando ſupplet præceps ætatem vigor.

CAPVT XVIII.

De numeratione graduum conſanguinitatis in tranſuerſali linea.

HIc omnino antymonia ponitur, quis enim neſciat fratrueles eſſe in

quarto gradu apud ciuilis prudentiæ peritos, in ſecundo vero apud Canones? Duos iure ciuili dinumerandorum graduum modos inuenio, vnum conſanguinitatis quem in matrimoniis, alterum propinquitatis quem in ſucceſſionibus ſpectamus: hoc mihi modo eſt probandum, probo id §. 5. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. iuncto §. 3. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. ex quibus manifeſtum ſit adgnatum etiam decimo in gradu conſtitutum præferri cognato in ſexto vel quinto vel etiam in tertio gradu exiſtenti, atqui certum eſt cognatum in tertio gradu magis contingere trũcum ſiue familiæ ſtipitem quam adgnatum decimi gradus quid ni igitur aliud ſit reſpectu ſtipitis Propinquitas aliud Conſanguinitas? aliud igitur Propinquitatis gradus, aliud conſanguinitatis iterum probo §. 2. Inſtit. de leg. adgnat. ſucceſſ. Filius adoptiuus vere conſanguineus non eſt, ſed tãtum impropric, atqui hic maxime propinquus, adeo vt omnes adgnatos excludat in heredita-

Digitized by Google

te adquirenda tanquã proximior, quid ni igitur aliud Propinquitas aliud Cõſanguinitas?aliud igitur propinquitatis grad⁹,aliud cõſanguinitatis: Denuo ꝓbo l.3.ff.de grad.cognat. *Nõ facile*,inquit Modeſtinus, *quod ad noſtrum ius attinet, cum de naturali cognatione quæritur,ſeptimũ gradũ quis excedit,quatenus vltra eum gradũ,rerum natura cognatorum vitã conſiſtere non patitur*, quod ita intelligendum videtur, non quaſi vita cognatorum naturalis vltra eum gradũ non poſſit eſſe,hoc enim cuiuis facile iudicabitur falſum,ſed quia vita cõſanguinea circa eum gradum neceſſe habeat finire,ſanguis enim vitæ cauſa,qui quamdiu idem quodãmodo in cognatis manet à communi ſtipite deriuatus vitam agunt veluti eandem, hunc autem ſanguinem propter multiplicem alterius mixtionem crediderunt veteres vltra ſeptimam generationem non eſſe, vnde nec vitam ſed conſanguineã à communi ſtipite deriuatam,cum qua & ipſa cognatio extinguebatur non vero propinquitas, quare in hac conſanguinitatis graduũ dinumeratione ma-

xime attendimus maiorem vel minorem participationem ſanguinis truncalis vt ita loquar & ſtipitalis, non viciniorem vel remotiorem propinquitatem, adeo vt ipſa conſanguinitas hæc verba *magis vel minus* tanquam ſibi omnino propria vindicet, ſicut propinquitas hæc *prope vel remote.* Et quidem hoc notandum in ea graduum dinumeratione quam conſanguinitatis diximus magis fieri comparationem inter communem ſtipitem & perſonas, de quarũ conſanguinitate quæſtio eſt, quam inter illas ipſas vt recte aduertit Duarenus ff. ſolut. matrim. tit. de nuptijs n. 3. ſub medium, vnde primo quęritur quãtum diſtet vna perſona à communi ſtipite, & hoc habito, fictione Iuris cenſentur inter ſe eſſe in eodem gradu, & eſt hoc expreſſum ca. vlt. extra de conſang. & affinit. vt hinc optime colligas proprie non eſſe gradus, in contrahendis enim matrimonijs nõ tam gradus à I. C.tis communiter enumerati attenduntur quam ipſæ perſonæ ſub gradib. contentæ vt quoque notat Cuiacius in

recitatione ff. de grad. & affinit. Quare ſi non tam verborum quam ſenſuum interpretes ſumus legislatorum, certe non video quomodo inductum fuerit, creditumque alios à ciuili lege habere Canonem conſanguinitatis gradus; vt dicam quod ſentio, puto quoad rem nuptialem non tam conſanguinitatis gradus à Canonib. cõſiderari quã ipſas generationes, quæ nõ tam ipſas inter ſe cõparent generatas perſonas, quã perſonas cũ genitore, quo loquendi id inductum videtur, vt vna cenſeatur etiam plurimorum fratrum, ſic dicimus ab Abraham vſque ad Dauid in euangelio interceſſiſſe generationes quatuordecim, cum tamen certiſſimum ſit ſi ſingulas generatas perſonas numeremus, multo plures repertum iri, eam autem fuiſſe Eccleſiæ intentionem probo ex ipſo Gregorio I. qui huius computationis auctor putatur à Contio lib. 2. lectio. cap. 1. ſed falſo, quamuis enim S. Ambroſius & Auguſtin. quarto in gradu conſtituerint fratrũ filios, putamus
ſi in-
Digitized by Google

ſi interrogati fuiſſent, quotę generationis ſecundum Scripturæ ſacræ loquendi modum illi eſſent reſponſuros fuiſſe, in quarta conſtitui debere? item ſi interrogatus Sanctus Gregorius quoto in gradu locandi eſſent conſobrini; putamus reſpõſurum fuiſſe in ſecundo? nullo modo: Itaque aliud eſt generatio, aliud gradus; gradus ciuiles etiam in matrimoniis admittit Ius canonicum, ſed non conſiderat; generationem admittit Ius ciuile in matrimoniis, & conſiderare debet, quamuis olim non ita recte conſiderarit vt oſtẽdit Contius ſupra citato loco. Sed ponamus S. Gregorii verba, itaque epiſtolarum lib. 12. epiſt. 31. ad Auguſtinũ Angliæ, qui interrogauerat vſque ad quotam generationem fideles deberent cũ propinquis ſibi cõiugio copulari Reſp. *quod quædam terrena lex in romana rep. permittit vt ſiue fratris ſiue ſororis ſeu duorum fratrum germanorum vel duarum ſororum filius & filia miſceantur, ſed experimento didicimus ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere & ſacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare, vnde*

neceſſe eſt vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter ſibi iungi debeat, nam ſecunda quam diximus à ſe omnino debet abſtinere hic quod verbum de gradibus? an idem cum generatione gradus? generatio gradum facit, gradus non eſt, ſed generationem in matrimoniis conſiderauit ſemper Eccleſia, vt mihi auctor eſt Alexander III. 35. quæſt. 4. can. 1. non quod ex generatione ſit ciuiliter.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

BIBLIOTECA